

## Werk

**Titel:** Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

**Autor:** Bakius, Reinhardus

**Verlag:** Lungius; Schmidius

**Ort:** Lübeck; Schleusingae

**Jahr:** 1640

**Kollektion:** VD17-nova

**Werk Id:** PPN616188471

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471> | LOG\_0017

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

*Impiorum fr-  
giamus sodali-  
tium.*

*Per aliam viam  
redeamus.*

nobis fugiendum, ut saluus hic maneat? Si magnum quiddam est hic puer & potentia aliquid obtinet, cur nobis adoratoribus fugâ opus est? Chrysoft. hom. 8. in Matth. sed parent Magi, commoda elabendi viâ untur, nec tentare Deum volunt. ¶ Discamus ergò, I. non expedire cum his, qui oderunt Deum, fœdera jungere nec de religione cum malignantibus inire consilia, Cyprian. Serm. de Stella & Magis, pag. 422. Tom. 2. II. Observ. nobis etiam redeundum per aliam viam, si venimus à Diabolo ad Deum, nunquam redeamus per illam viam, qua ducit ad Diabolum: Si venisti per viam fornicationis, deinceps ambula viam castitatis: Si viam trivisti avaritiæ, ambula per viam eleemosynarum, &c. Cyprian. Sermone dicto. Nos quoque fratres horum exemplo cognito Iesu, ad cœlestem patriam, non per viam qua descendimus, sed per aliam revertamur, à regione enim nostra superbiendo, visibilia sequendo, cibum veterum gustando, peccata nostra excusando, discessimus: & ad eam necesse est, ut nos humiliando, obediendo, visibilia contemendo, appetitum carnis refrenando, peccata nostra accusando redeamus: à paradisi gaudiis discessimus per oblectamenta, redeamus ergò per lamenta, quoniam, ut Psalmista ait: Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Ut ita per aliam viam in nostram revertamur regionem, ipso ducente, qui Magos de longinquo ad se adduxit, Domino nostro JESU CHRISTO, AMEN.

## Dominica I. post Epiphaniæ:

Evangelium, Luc. 2.

**T**ibant Parentes eius, quotannis, Hierosolymam in die festo Paschæ. Et cum factus esset JESVS annorum duodecim, ascendit illis Hierosolymam, secundum consuetudinem festi diei, ascendebat & puer JESVS: Consummatissq;

tisq<sup>2</sup> diebus, cum redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, & non cognoverunt parentes eius. Caterum rati illū esse in comitatu, venerunt itinere diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. Et cum non invenissent eum, reversi sunt Hierosolymam quærentes eum. Et accidit post triduum, invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super intelligentia & responsis eius. Et viso eo, admirati sunt: & dixit mater eius ad illum, Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, quid est quod quærebatis me? An nesciebatis, quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et illi non intellexerunt sermonem, quem locutus est ipsis. Et descendit cum eis, venitq<sup>2</sup> Nazareth, eratq<sup>2</sup> subditus illis. Mater autem eius conservabat omnia verba hac in corde suo: Et Iesus proficiebat sapientia, & atate, & gratia apud Deum atq<sup>2</sup> homines.

**E**saia 7. vers. 14. & seq. dicitur: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Immanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.* Quorum verborum si accuratorem desideras expositionem & postilla quasi, hodiernum consule Evangelium, & omnia erunt planissima. Quod enim (1.) Esaias Christum servatorem *Almah* vel *virginis filium* nominat, & sic veram ejus humanitatem verbis luculentissimis depingit, in eo habet consentientem nostrum Lucam, qui de virgine Maria hic refert, quod Jesulum amissum increparit & expresse Filium suum ipsum nominarit his verbis: *Filium, quid fecisti nobis sic: Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te:* adeoque & Propheta & Evangelista ὁμοψύχως testantur, Christum verum esse hominem, in omnibus similem nobis, excepto tamen peccato, Heb. 2. v. 17. 4. v. 15. Quod (2.) Esaias illum virginis filium nominat *Immanuel, Nobiscum Deus,* & sic æternam ejus divinitatem satis luculenter depingit, in eo rursus consentientem habet nostrum Lucam, qui hic refert Jesulum, in responsione sua, terrenum aliquem parentem omnino repudiasse & expresse provocasse ad Patrem suum cœlestem his verbis: *Quid est quod me querebatis? nesciebatis quod in his qua Patris mei sunt oportet me esse?* adeoque & Propheta & Evangelista uno fatentur ore, Christum verum esse & æternum Deum, super omnia benedictum in secula, Rom. 9. v. 5. Quod (3.) Esaias Mariæ filiolum depingit, ut puerum maturè & ante tempus quasi scitulum, *qui scire debeat bonum eligere & malum reprobare:* in eo vicissim consentientem habet Lucam nostrum, qui testatur, Christum 12. statim ætatis anno Hierosolymam adiisse, sacra frequentasse, Doctoribus se adjunxisse & filios Levi ceu aurum ac argentum mundasse, Mal. 3. v. 3. adeoq; & Propheta & Evangelista in eo conveniunt, in Mariæ filiolo omnes scientiæ & sapientiæ divinæ thesauros esse absconditos, Col. 2. v. 3. Et tandem (4.) ut Esaias pulchrè depingit egenam filii illius *Almah* educationem, quod scilicet *butyrum & mel debeat comedere, cum ditiores in Iudæa* liberos suos similâ, melle & oleo enutrierint, Ezech. 16. v. 13. Sic iterum hic consentit noster Lucas narrans, quomodo Christus Servator cum parentibus suis descenderit, quomodo subditus eis factus sit, & quamvis in summa egestate enutritus, profecerit tamen sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum ac homines. ¶ Vel: i. Cor. 13. vel ii. Paulus ait: *cum essem infans loquebar, ut infans sapiebam, ut infans rati-*

Exord. a.

tional-

*rationabatur: postquam autem factus sum vir, suscepi que infantis erant.* Quibus  
 verbis, sicuti confirmat Apostolus tritum illud: *Sunt pueri, pueri puerilia*  
*tractant, Die Weisheit kommt vor Jahren nicht, ach daß die Jugend flug*  
*und das Alter rasch were/ man köntes mit Golde nicht bezahlen / dicunt*  
 Germani: Ita sanè in plerisque hæc vera sunt puerulis, etiam indolis &  
 expectationis optimæ: Exempli gratia, de *Mose* dicitur, quod puerus fue-  
 rit elegans, Exod. 2. v. 2. divinitus venustus, Act. 7. v. 20. Hebr. 11. v. 23.  
 De *Salomone* narratur, quod David puerum impensè dilexerit, quod  
 Nathano ipsum tradiderit informandum quodq; puerulus, ob indolis  
 & morum suavitate, à Propheta dictus sit: *Iedidja*, delictiæ Domini, 2.  
 Sam. 12. v. 25. De *Samuele* dicitur, quod ante Dominum ministravit  
 puer, accinctus Ephod lineo, quodque creverit, profecerit & acceptus  
 fuerit tam Deo quam hominibus, 1. Sam. 2. v. 18. & 26. De *Iosia* scriptu-  
 ra testatur, quod anno ætatis statim octavo, cum adhuc puer esset, cœ-  
 perit quærere Deum patris sui David, quodque anno 12. cœperit mun-  
 dare Jerusalem ab excelsis, lucis, simulachris & sculptilibus, 2. Paral. 34.  
 v. 3. Sic *Syrach* etiam, de seipso puerulo testatur, quod sapientiam quæ-  
 siverit, cum adhuc junior esset, & in templo pro ea oravit, tunc se erudi-  
 tum multum & profecisse feliciter, Syr. 51. v. 23. Breviter, optimæ qui-  
 dem indolis pueri fuerunt: Sem, Isaac, Jacob, Joseph, Benjamin, Tobias  
 junior, &c. attamen his pueris omnibus & congenita fuit stultitia & ab  
 eis, per disciplinæ virgam, profligata, Prov. 22. v. 15. unde his omnibus  
 cum Apostolo fuit dicendum: *Cum essem infans, ut infans loquebar, ut in-*  
*fans sapiebam, ut infans rationabatur: postquam autem vir factus sum, suscepi que*  
*infantis erant.* Verum ut nulla regula tam firma est, quin habeat excep-  
 tionem, Ita & hæc, à communi puerorum lege, excipitur Christus Ser-  
 vator, qui licet infans & duodecennis puer sit, non tamen ut infans lo-  
 quitur, non ut infans sapit, non ut infans ratiocinatur, sed anno statim  
 ætatis 12. cum Doctoribus confert acutissimè, de rebus fidei discurret  
 accuratissimè, & tumidos vincit ratione Sophistas, cum omnium ad  
 stuporem usque admiratione, eo satis superque demonstrans, se illum  
 esse qui maturè norit, & eligere bonum, & reprobare malum, Esa. 9.  
 cum omnes sapientiæ & scientiæ divinæ thesauros in se habeat abscon-  
 ditos, Col. 2. v. 3. ¶ Vel: *Dominus in templo sancto suo sileat à facie ejus om-*  
*nis terra,* inquit Habacuc, c. 3. v. 20. quod vaticinium ter. novimus com-  
 pletum, in ætate scil. Christi Servatoris, *puerili, juvenili & virili.* Nam (1.)  
 post

Exord. 3

post nativitatem diebus 40. præterlapsis, cum puer DEO Patri in templo publice præsentaretur, & verò tùm Simeon tùm Hannâ Prophetissâ, tam admiranda de hoc puerulo narrarent, ut omnes in templo præsentantes, summa cum devotione, illis silenter attenderint, tunc utique re ipsa fuit completum Prophetæ illud: *Dominus in templo sancto suo, sileat à facie ejus omnis terra.* In virili autem ætate cum (2.) Christus Servator templum tanto repurgaret zelo, ut vendentes ac ementes flagellis etiam & scuticâ ejeceret, & verò nullus illorum vel hircere verbulo, vel ipso etiam facto defendere se fuerit ausus, tunc utique impletum fuit denuò Prophetæ illud: *Dominus in templo sancto suo sileat à facie ejus omnis terra,* Joh. 2. v. 15. Luc. 19. v. 45. In ætate autem puerili vel juvenili potius, quid (3.) factum, hodiernum narrat Evangelium, ubi cum duodecennis ille puer, cum parentibus suis, sanctum Domini templum adit, Doctoribus se adjungit, & de rebus fidei accurate discutit, *conticuere omnes attentiq; ora tenebant*, imò stupebant omnes & in hoc puerulo sapientiam plusquam humanam observabant, adeoq; iterum impletum Prophetæ illud: *Dominus in templo sancto suo sileat à facie ejus omnis terra.*

Et ibant quotannis Hierosolymam.] Judæi habuerunt Festa, & hebdomadalia: & Menstrua: & Annua vel Anniversaria. Hebdomadalia erant *Sabbatha*, quæ monebant, de mundi creatione & DEI providentia, de requie hominibus utili & necessaria, deque Sabbato spirituali ac æterno, Esa. 66. v. 23. *Menstrua* Judæorum Festa erant *Neomenia* seu *Calenda*, sub initium cujusque mensis celebratæ ideò, ne Judæi, more gentilium, ex Astris Deastros facerent, sed Deû temporis frugiferi autorem agnoscerent, Act. 14. v. 17. & Lunam, Solem ac stellas, ut opera manuum ejus intuerentur, Psal. 8. v. 4. *Anniversaria* autem Judæorum Festa erant, 1. *Pascha*, celebrandum in memoriam mirandæ liberationis ex *Ægypto*. 2. *Pentecoste*, in memoriam promulgatæ legis, 3. Festum tabernaculorum seu *Scenopegia*, in memoriam admirandæ protectionis ac sustentationis in deserto. Adduntur his *Festum Tubarum*, Festum *Propitiationis*, & sequentibus temporibus: Festum *Purim* seu sortium, in memoriam crudelitatis Hamanicæ, Esth. 9. ut & *Engenia* seu *Renovalia*, templi scilicet à Juda Maccabæo recuperati, 1. Macc. 4. Joh. 10. sed ex his omnibus maxime erant solennia, diebus septem continuis celebranda: *Pascha*, *Pentecoste*, & *Scenopegia*, Exod. 23. v. 14. Deut. 16. v. 16. de quibus notentur sequentia. I. Celebranda erant hæc festa in uno tantum loco,

nem-

Festa Judæo-  
rum.

nempe Hierosolymis. Nam licet aliquot annis Judæi, ad has solennitates convenerint, in *Siloh*, erat civitas seu domus Dei sub tribu Ephraim, milliari Germanico Hierosolymis distans, in præcelso monte septentrionem versus sita, ubi arca fœderis aliquot annis asservata: postmodum tamen ipse Deus Hierosolymam in sedem sanctam sibi elegit, Exod. 20. v. 24. Esa. 31. v. 9. Psal. 122. vers. 16. 2. Paral. 7. v. 16. Ideo autem Hierosolymis tantum hæc festa celebranda, quia populosissima hæc & florentissima totius Orientis civitas, mundi quasi centrum fuit, unde Messiaë notitia ad alios etiam populos facile propagari poterat, sicut notum de Regina Austri, 1. Reg. 10. de Eunucho Reginae Candaces, A. & 8. ut & de multis Græcis, Joh. 12. v. 20. imò propterea divinitus electa erat Hierosolyma, quia Christus (qui PASCHA nostrum) ibi erat immolandum, & Spiritus S. (nostra Pentecoste) ibi effundendus, & æterna cœli Tabernacula (per Christi mortem) ibi nobis paranda erant. II. Dicitur solennitates ab omnibus Judæorum Masculis ter in anno Hierosolymis congregatis erant celebrandæ, idque non sine gravissimis causis, ut scilicet (1.) beneficiorum divinorum unanimiter recordarentur, ut (2.) consensus in doctrina conservaretur, ut (3.) fraternus amor aleretur, utque (4.) Sacerdotium Leviticum ex oblationibus commodius sustentaretur, &c. III. Celebrabantur hæc festa *oportunis temporibus*, ubi peregrinantes commodum semper iter habebant. Nam Pascha incidit in Ver, ubi est pulcherrimus annus incipientibus vivescere hortis & agris: Pentecoste erat ante messem, cum nondum essent intensi calores & aestus: Festum Tabernaculorum erat post vindemiam, quando poma jam erant collecta & possent haberi nova musta ac aliæ deliciae, quales sunt in Autumno: Non enim imaginari debemus legem DEI quiddam esse barbaricum, omnia fuerunt elegantissime ordinata, inquit Phil. Melanth. part. 1. Postil. pag. 505. IV. Dicitur solennitates celebratæ sunt lotis corporibus, dealbatis vestibus, cum hostiis & muneribus, siquidem nemo vacuus coram Domino apparere audebat, ad exemplum nostrarum solennitatum (inquit Radulph. Ardens) quas celebremus, loti plus mentibus, quam corporibus, ordinari plus virtutibus quam vestibus, non simus vacui coram Domino, vacuus certè est, non qui in manu non habet pecuniã, sed qui in animo non habet devotionem, non est manus vacua munere, si arca cordis est repleta bonâ voluntate. V. Celebrabantur Judæorum Festa summa animi lætitia, hinc dicebantur: *אין חגא* à *אין חגאג*, subsiliit, tripudiatu est (inde Haggæus, festivus Doctor, *הגגתי* (uv) quia Judæi

*Judæorum festa cur Hierosolymis celebranda.*

*Judæi cur ter in anno ad Festa convenerint.*

*Quando celebrata Judæorum Festa.*

*Quomodo celebrata.*

De Christiano-  
rum Festis.

in Festis comedebant pingua, bibebant dulcia, & lætitia in Domino erat fortitudo illorum, Nehem. 8. v. 10. unde & nos in festivitatis nostris gaudeamus, at mente gaudeamus & spiritu, dicentes: Hæc est dies, quam fecit DOMINUS, *latemur & exultemus in ea*, Psal. 118. ¶ Occurrit hic locus de Festis Christianorum ritè celebrandis. Ut enim apud Athenienses quidam Cineſtas, aliis feriantibus, laborabat & contra; Also werden solcher Eulenspiegel noch gesunde, inquit Simon Pauli, qui subinde quarunt, cur dies die sanctior, cum unicus ille Sol omnes in anno dies faciat, Syr. 33. v. 7. Historia Magdeb. Cent. 3. c. 5. pa. 117. de Manichæis refert, quod plerumq; nullum Pascha celebrarint, nisi interdum à paucis tepidissima celebritate, nullis vigiliis, nec ullo festivore apparatu, sed Bñca suum, hoc est diem quo Manichæus occisus est, quinq; gradibus instructo tribunali & preciosis linteis adornato & objecto adorantibus, magnis honoribus prosequuntur, ex August. contra Manich. Epistol. Tom. 6. Petrobrasianos accusat Bellarmin<sup>o</sup> l. 3. de cultu Sanctorum c. 10. quod omnia festa sustulerint, ceu meras Iudeorum ceremonias. Petrus Coton Iesuita l. 3. Eccl. Milit. c. 3. p. 457. dicit: VValdenses in eo meritum posuisse, si diebus festis laborarent, VViclefsum dixisse honorem adimi capiti, si tot tribuatur membris: Thaboritas nullum aliud festum agnovisse præter diem Dominicum & Pascha. Centuriatores Magdeb. Cent. 1. l. 2. c. 6. Col. 504. festa referre ad mysteriam Iniquitatis & Antichristum, Lutherum etiam, in libro adversus Catharinum, dixisse: Festorum institutionem esse duodecimam Antichristi larvam. Verum & Lutherus & Magdeburgenses nostri loquuntur de Festis, non Christianis sed Papisticis, id quod procul dubio etiam Wiclefus fecit, & profectò non hitantum, sed & Doctores Papistici benè multi, suas de Festis querelas habent, In Concilio Carthaginensi 5. ob nimiam festorum multitudinem, alia ab aliis separata, selecta & certo numero celebranda, Catholicis tradita sunt. Anno Christi 1102. quidam Potbon l. 2. de statu domus Dei, magno Zelo nimiam festorum multitudinem repudiavit: Michael Altisiodorensis, ante annos plus 200. convocata in suo Archiepiscopatu Synodo plurima Papistarum festa abolevit. Nicolaus de Cleman-gis, celebris Parisiensium Professor, ante annos 200. peculiarem edidit libellum, contra Nova Romanæ Ecclesiæ festa, & tandem suasit, satius esse quædam festa, etiam ex antiquioribus, abrogare, quam ingentem illum numerum novis subindè augere. Petrus de Aliaco Cardinalis, in libello de Reformatione Ecclesia, Imperatoris Sigismundi jussu edito, similiter Patribus Concilii Constantiensis suasit, ne concederent novam



tot Sanctorum canonizationem, *auctis enim festis, populi augeti ignaviano & licentiam, &c.* Nos distinguimus, (1.) inter festa JUDAICA, quæ sublata sunt, Gal. 4.v.10. Col. 2.v.16. & PONTIFICA, quæ ob idololatriam & alias causas detestanda, ceu sunt: *Festum Corporis Christi, Omnium animarum, Nativitatis & Ascensionis Mariae, Cathedra Petri, Festum Agnetis*, in quo Pallia Episcopalia superstitiosè parantur & multis coronatorum millibus venduntur, &c. Tandemque CHRISTIANA, quæ nihil aliud sunt, quam commemoratio beneficiorum divinitus per Christum nobis exhibitorum. Distinguimus (2.) inter *Genus & Speciem*, inter *Morale & Ceremoniale*. In festis Judaicis modò abrogatis, specialia erant & ceremonialia, *tempus, locus, modus, præfiguratio, &c.* Morale autè & genus est, scripturarum lectio, communis precatio, gratiarum actio, &c. hæc ad 2. & 3. præceptum pertinent ac meritò retinentur. Distinguimus (3.) inter *usum & abusum* festorum. Abusus apud Pontificios maximus est: *Opinio cultus; meriti, necessitatis, ut & superstitio multivaria.* Verus autem usus est, ut (1.) cultus Deo debitus præstetur, ut (2.) cognitio de Deo & beneficiis ejus propagetur & conservetur, ut (3.) precemur & Deo gratias agamus, ut (4.) sanctos in fide & vita imitemur, ut (5.) conserventur publici congressus, in quorum medio Christus adest, *Matth. 18. Coimus in cœtum, ut Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus & hæc vis Deo grata est*, Tertull. l. 2. adv. gentes c. 39. possit (6.) addi desiderium æternæ gloriæ cum Sanctis æternùm fruendæ, hi sunt nostrorum Festorum pii fines, *Laß vns im Himmel haben Theil / mit dem Heiligen am ewigen Heyl / ic.*

In festo Paschæ.] Solius Paschatos mentionem hîc fieri putat Dn. Chemnitius propterea, quod in festis duobus reliquis, illis, quorum habitatio erat remotior, indulgentia Legis pepercerit, atque ita Josephum etiam Pentecosten ac Scenopegian rariùs celebrasse, cum Nazarethani à Jerusale essent, milliaribus vel 16. vel, ut alii volunt, 18. aut 20. wie etwa Erfurdt / Meissen oder Lüneburg von Magdeburg / inquit Saccus. Sed alii ideò Paschatos tantum mentionem hîc fieri dicunt, vel, quod hodierni Evangelii acta in Paschate evenerint, vel quod Maria in hoc tantum festo comitata sit Josephum. Nam de hoc (Josepho) ad quem lex de festis pertinebat nulla quæstio, sed Maria legi non adstricta, cur simul ascendit? Pontificii nudam hîc consuetudinem & Deiparæ bonam intentionem prætendunt, ad stabiliendos cultus

*Cum Maria cum  
Josepho adierit  
Hierosolymam.*

tus suos *electitios*: sed Itineris Mariæ multæ poterant esse causæ. Chemnitius hanc ponit, quod beata virgo libentissimè voluit completa Prophetarum Vaticinia, quæ prædixerant, Dominatorem illum Messiam venturum *ad Templum* suum Sanctum, illudque gloria repleturum. Mal. 3. v. 1. Hag. 2. v. 8. *Aretius* has addit, quod (1.) promissiones de filio Mariam excitaverint, quod (2.) ætas Josephi debilior illam moverit, imò quod (3.) gratitudo erga Deum insignis illam impulerit, cum singularia beneficia singularem requirant pietatem & gratitudinem: *Humnus in methodo concionandi* dicit, Zelum pietatis in Maria singularem fuisse: Alii dicunt Mariam impulisse, vel arcanum Spiritus S. instinctum, vel singularem sollicitudinem pro puero ab ineunte statim ætate, sacris affuefaciendo; vel specialem ardorem erga congressus sacros. Quicquid sit, nihil aliud inde sequitur, quam Mariam sua libertate rectè usam ad ea, quæ præceptis divinis omninò conformia, unde Mariæ exemplū non quadrat ad *ἡεροθρησκείας* Papistarum expresse prohibitas, Matth. 23. v. 9. Col. 2. vers. ult. Ascenderunt itaque *quos annis*, excipe annum à natiuitate Christi alterum, ubi in Ægypto degebant, da musten diese fromme Herzen das Osterlamblein zu essen vnterlassen/ vnd dessen sich trösten/ daß sie das rechte Osterlamblein/ Christum/ bey ihnen herten/ mit dem sie Geistlicher Weis im Herzen Passah halten könten/ &c. ¶ *Observ. hic* I. Licet matrimonium à personis diversæ religionis jam consummatum, rescindi non debeat, juxta Pauli monitum, 1. Cor. 7. v. 12. attamen rationes valdè prægnantes sunt, cur cum personâ infideli vel hæreticâ, non ineundum matrimonium. Josephus & Maria ut ejusdem religionis sunt, sic etiam simul Hierosolymam adeunt, & verum Israelis Deum, uno ore & uno corde, invocant, Rom. 15. v. 6. similia legimus de Hanna & Helkana, 1. Sam. 1. quia verè hoc unum est ex tribus illis, Deo & hominibus, gratis, cum videlicet vir & mulier benè sibi consentiunt, Syr. 25. v. 2. & hæc primaria fortè causa fuit, cur pientissimi illi conjuges Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea, Tobias & Hanna, &c. ne in morte quidem separari, sed sub uno quasi sepulchrali lapide requiescere voluerunt, quia in eadem certissimæ resurrectionis fide fuerant defuncti. Diversæ autem religionis connubia vitanda sunt, quia (1.) Deus prohibuit, Exod. 34. v. 16. Deut. 7. v. 2. Jos. 23. v. 12. quia (2.) tendit eò typus, cum bove & asino non arandum, Lev. 19. & verè dispar jugum inæquales sunt conjuges, Syr. 26. v. 10. respexit eò dubio procul D. Paulus dicens:

*Matrimonium  
cum infidelibus  
non ineundum.*

cens: cum infidelibus nolite jugum trahere, 2. Cor. 6. quia (3.) exempla satis superque testantur, quale fatum ejusmodi sequatur conjugia, Esavi scilicet Gen. 26. Salomonis, 1. Reg. 11. Josaphati, 2. Paral. 19. & 21. debebant (4.) conjuges se invicem juvare precationibus, quomodo fieri hoc poterit, si alter filii DEI parentem, alter verò matrem in vocet, unius preces alterius damnant. Tempore Ambrosii (5.) Sponsus & sponsa sub unum aliquod tegmen ducti sunt, in unius ejusdemque religionis testimonium: & quales tandem (6.) in dispari conjugio liberorum educatio erit, misera sanè facies, si parens cum filiis adit Missam, mater verò cum filiabus concionem aliquam Evangelicam, &c. Dicimus ergò cum Poeta: *quod si vis apè nubere*, nube pari, & profectò tristissimum est, in extremo judicio duos futuros in uno lecto, quorum alter recipietur, & alter repudiabitur, Luc. 17. v. 34. ¶ Addi etiam II. possit disputatio de peregrinationibus, quas ex hoc textu itidem Papistæ probare conantur, easque, inter alias rationes, propterea à Judæis institutas dicit Costerus, in Conc. part. 2. p. 233. *Vt Israelitæ summum Sacerdotem Hierosolymis habitantem, pro suo capite agnoscerent, utq; testarentur orationem ibi esse efficaciorum, &c.* quod postmodum ad Papam & Jubilæum Romanum ille accommodat: sed quis non videt circulos, quasi verò Joseph & Maria pro capite Ecclesiæ Judaicæ agnovissent summum Pontificem? quasi hæc peregrinatio cum superstitioso Papistarum Jubilæo possit conferri? de peregrinationibus certè in præcedenti Magorum historiâ, satis dictum est.

*Similitudo Mater Amoris.*

**Cum factus esset annorum duodecim.]** *Illam vitam firmius tenemus, quam ab infantia sectari consuevimus,* inquit Ardentius, quia:

*Denotat ingenium pueri flos primus, & atas*

*Prima, nec indicio fallitur illa suo.*

Ideò Jesus duodennis ducitur ad templum, & putant quidam hac vice omnium primo id factum, siquidem tyrannus Archelaus, anno demum decimo, post natum Christum, ex Judæa sit relegatus, succedente illi Coponio, hinc Granatensis addit: *Cum optimi parentes tranquilliora à persecutionibus, quibus tum ab Herode, tum ab Archelao ejus filio persequerentur, nacti essent tempora, nihil neglexerunt, quod ullo modo ad Dei honorem & legis observationem facere videbatur: imò, causam alii hanc ponunt, quod Christus, ante 12. ætatis annum, Hierosolymam non sit profectus, quia Judæorum liberos ad esum agni paschalis non fuisse admissos ante*

annos discretionis, ubi quærere possent & discere, quis & qualis esset cultus ille, Exod. 12. v. 26. & 27. Attamen Dn. Chemnitiuſ verisimilius dicit, etiam ante annum 12. ad Festa ductum Jesulum, idque idè, quod (1.) Lucas dicat, parentes non primo Hierosolymam duxisse puerum, sed hac vice omnium primo puerum ibi mansisse: quod (2.) insignis fuisset somnolentia, si in prima statim profectioe filium amisissent, tamque charum thesaurum non melius observassent: idem (3.) testari illam circumstantiam, quod hac etiam vice existimant, ipsum esse in comitatu illorum, quibus antehac notus fortè & familiaris fuerit: adde (4.) non esse credibile, prioribus annis sollicitos parentes, tam charam sobolem, solam domi reliquisse præsertim inter Nazarenos minus fidos. Consentunt & alii Theologi: *Vielleicht ist das Kind Jesus / zuvor auch / mit auffſ Fest gangen / vnd bey den Befehrenten blieben / weil der Evangelist schreibet / daß seine Eltern alle Jahr sind auffſ Osterfest gangen /* Simon Pauli. *Non est dubium Dominum prioribus etiam annis cum eis ascendisse, verum jam demum specimen editum fuit sua vocationis, idè de reliquis silet Lucas, Aret.* Quæritur autem, cur Christus Servator, quamvis esset Dominus Legis, Sabbati & omnium Festorum, voluerit tamen, una cum parentibus, adire Hierosolymam & celebrare Pascha? Fecit hoc, ut (1.) Legi ex omni parte satisfaceret & nos ab ejus maledictione plenissimè liberaret. Ut (2.) verum se Israelitam demonstraret ac circumcissionis indubiè ministrum, Rom. 15. Ut (3.) agnum Paschalem V. T. Sacramentum confirmaret, simulq; innueret, se ipsum verum illum agnum esse, pro mundi peccatis immolandum. Dn. Phil. addit, Ut (4.) haberet occasiones innotescendi, utque (5.) alios suo exemplo ad Ministerii divinitus instituti conservationem invitaret. *Ascendit ad celebritatem Festi legalis, non ut secundum legem se sanctificaret aut precibus conscientiam mundaret, quia sanctus natus erat, sed ut indulgentiam nobis impetraret, & Ecclesiam frequentandam esse doceret, pro donis celestibus adipsas, Thom. Kemp, lib. meditat. med. II.* ¶ Discamus hîc I. pueros religioni maturè consecrandos, ut intersint cœtibus publicis, audiant, videant & discant mores castos, *Intravit enim templum ad audiendum Magistros & Doctores, qui fuit omnium Magister & Dominus, ut discant pueri & juvenes à prima etate literas legere, Scholas frequentare, doctrina intendere, Magistris audentiam præbere, non vagari per plateas, nec vanis lusibus occupari,* Beda sup. H. E. sic Paulus juvenis Gamalielis pedibus

*Cur Christus cum parentibus ascenderit.*

*Pueri maturè consecrandi sunt religioni.*

bus affidet, Actor. 22. v. 3. sic Origenes ante tempus sapit, parentem subtilibus exercet quæstionibus, & anno ætatis 18. Rectorem agit Scholæ Alexandrinæ celeberrimæ: Sic Philippus Heidelbergæ insignem agit Academicum, anno statim ætatis 12. anno 17. Magister summa cum laude creatur, anno autem 21. Græcas literas Witebergæ cum omnium stupore profitetur. *Sed eheu ita jam est, in parvulis laudatur in- verecunda frons, procax vultus, os impurum, assuetum obscœnitatibus & mendaciis, lubricitas in oculo, in omni gestu dissolutio: adde quod multorum parentum & Magistrorum cura vel nulla est, vel ultima de parvulorum suorum moribus, & eorum disciplina ac custodia. Sed verè quales ex talibus parvulis viri prodeant & senes, præsentit nimium Christianitatis quotidiana calamitas,* inquit Nebrifensis hom. 1. de spiritali vinea mentis nostræ. ¶ Disc. II. Ut Judæi liberos suos ante discretionis annos ad agni paschalis esum non admiserunt, ita & nos pios monemus parentes, ut liberos suos ab ineunte ætate ad Christi agnitionem, & circa discretionis annos ad sacram Eucharistiam adducant, non quidem præcisè anno atar. 12. ut quidam parentes, fortè non mali, ex hac historia observarunt, sed vel citius vel tardius, pro felicitate indolis, piæ institutionis, & profectus, cum annus discretionis ab indole rectius, quàm ab ipsa ætate æstimetur. Meritò itaque taxatur ille illorum Christianorum mos, qui tempore Dionysii, Cypriani & Augustini in Africa, Eucharistiam exhibebant etiam Infantibus, quemadmodum nostro quoque seculo Picarditæ in Bohemia cœnæ Sacramentum præbent, non modo pueris, sed & sex septimanarum infantibus, diebus purgationis puerperæ absolutis, & reprehenditur hic à Dn. Meelfhürero non immerito *Costerus*, qui hanc parvulorum communionem p. 125. nec approbet nec improbet, sed dicat saltem *abrogatam* ideò, quod ob SALIVÆ defluxum à parvulis neque suscipiatur, neque retineatur dignè Sacramentum. Quasi verò ob salivam cœna parvulis denegetur, & non potius ideò, quod parvuli seipfos nec probare, nec corpus Domini dijudicare, nec mortem Domini annunciare possunt, id quod tamen ab hospitibus hujus cœnæ dignis omninò requiritur, 1. Cor. II. v. 26. 28. 29. Luc. 22. v. 19. Et quod hoc loco urget *Costerus*, *annum scilicet discretionis*, cur illud suis etiam Gregalibus non inculcat, circa Vota Monastica, ubi notissimum, Monachos & moniales parvulos (spurios etiam & expositivos) in claustra pertrahere, ibi educare, & tandem suis illaqueare votis, ut plurimum illo tempore, quando continentia do-

*Pueri ad cœnam ante discretionis annos non accedant.*

num.

num nondum exploratum satis, id quod omnia Cænobia & Monasteria detestandis complet libidinibus.

**Secundum consuetudinem illius Festi] Syrus pulchrè:**

*Prout consueverant in Festo. At si mos erat, Lex non erat? Resp. Consuetudo erat in lege mandata, non ab hominibus excogitata, hoc enim quod Deus præcepit, Consuetudo dicitur, quando diligentissimè ab omnibus servatur, unde & purgatio puerperarum Mos dicitur, Luc. 2. v. 27. adeoque non tam festum Paschatos, quàm Parentum Christi in illo festo celebrando devotio ac pietas Consuetudo hic nominatur. ¶ Agendum itaq; hîc de consuetudinibus, in Pontificiorum cum primis gratiam, siquidem Granatensis in expositione hodie. Evang. dicit: Bonam consuetudinem, quæ pro lege habetur, diligenter observant: consuetudo igitur bona servanda, ut in Margine addit. Stapletonus etiam in Moral. Promt. ait: Ut Christi Parentes adierint Hierosolyman juxta consuetudinem, ita etiam debere Consuetudines Romana Ecclesiæ STRICTE observari, introducit etiam quendam Coxum commissarium regium, qui cum die jejunii capi assati aliam assumisset & allocutus esset Treshamum Doctorem Catholicum his verbis: Domine D. quam scripturam habes contra hunc cibum hodie comedendum? & verò Treshamus ei respondisset: CONSUETUDINEM talem non habemus, nec Ecclesiæ habet, (1. Cor. II. v. 16.) isthac responsione ad eò confusum esse Coxum, ut statim obmutuerit, nec regerere quidpiam potuerit. Sed licet concedamus, consuetudinis magnam vim esse: consuetudinem alteram naturam esse: consuetudinem facere debitores, in dè consuetudinem haberi pro lege, &c. Hoc tamen intelligendum est, de consuetudine scripturis conformi ac consentaneâ, proindeq; semper attendendum, an consuetudo sit Bona h. e. an ex sincera pietate ad Dei gloriam instituta? aliæ autem consuetudines quæ verbo Dei contrariæ sunt, ut nec bonæ sunt, ita etiam defendi non possunt, quia consuetudo sine veritate vetustas erroris est, Cyprian. nec Christus dixit: Ego sum consuetudo: Sed ego sum via, veritas & vita, Joh. 14. Hinc scriptura rejicit consuetudinem Samaritanorum, 2. Reg. 17. v. 33. Iudaorum, Joh. 18. v. 39. Phariseorum, Matth. 23. v. 25. Sic mos fuit Judaicus, de pluribus summis Sacerdotibus, de facinoroso in Paschate dimittendo, item de celebratione Paschatos extra diem primi mensis decimumquartum, nec tamen hæc omnia reprehensionem effugiunt. Facile itaq; legatus ille regius Coxus, respondere potuisset Treshamo Catholico, nudam consuetudinem Papistarum, eamq; iniquam & superstitia-*

De Consuetudinibus

*stiosam*, non sufficere ad damnandum quod scriptura concedit his verbis: *Omnis creatura bona est, &c.* 1. Tim. 4. v. 4. imò qua bona Consuetudine suum carnis primum palliare poterunt Papistæ, cum Paulus talem consuetudinem dicat: *Dæmoniorum doctrinam*, ibid. v. 1. Proinde quod Maria & Joseph faciunt ex bona & legi divinæ Conformi Consuetudine, idem & Nos faciamus, sit nobis etiam *mos*, verbum diligenter audire: *mos* etiam nobis sit, devotè precari: *mos* sit nobis, peccata aliquoties in anno confiteri, Sacramentis uti, veritatem loqui cum proximo, &c. Nemo autem in peccatis dicat: *Consuetudo mihi est, corrigere non possum*, ut sæpius hæc audiuntur voces: *Unmöglich ist mir vnterlassen* fluchen vnd schweeren/denn Ich bins gewohnt: *Unmöglich ist mir Hurerey vnd Unzucht lassen*/denn Ich bins gewohnt: *Unmöglich ist von fressen vnd sauffen mich gewehnen*/denn Ich bins gewohnt/ *Ich muß immer wie die Aude im Rauffen leben*/von so vnd so viel Jahren her hab Ich alle Abend ein guten Rauffsch/ *Ich kan sonst nicht schlaffen* / Hæc consuetudines pravæ sunt, quas Deus tandem damnabit, etiam pro sua consuetudine, in omnibus impœnitentibus. *Veritate itaq; manifesta, pravum usum lex & ratio vincant, quia veritati præscribere non potest, nec spacium temporum, nec patrocina personarum, nec privilegia regionum, sed quicquid veritati repugnat, hoc hæresis est, etiam si vetus consuetudo*, Tertul. de Veland. Virgin.

Cum redirent, remansit Puer.] Paschatos festum hoc quidem tempore inchoatum putant, 26. die Martii: agnum itaq; Paschalem cum parentibus suis Christus comedit 25. Martii, post Solis occasum, cumq; Judæorum Pascha diebus 7. integris fuerit celebrandum, & verò Lucas expressè testetur, Christi parentes illos dies consummasse vel finiisse, sequetur eos Hierosolymis discessisse, 3. Aprilis, quo die ut puerum amiserunt, sic ille post 21. annos eodem die crucifixus putatur, à Bunting. in Pœd. p. 441. Discendentibus autem illis, remanet puer: *Non ex inobedientia, sed ut ostenderet quale suum esset officium, ad quod à Patre missus erat*, Beza. *Remansit puer non casu vel oblivione, sed sua Cur Christus voluntate & ordinatione, ut à pueritia ostenderet zelum suum circa spiritualia, remanserit.* Lyranus. Es hatte das fromme Herklein am heiligen Wort des HERRN vnd den schönen Gottesdiensten sich noch nicht ersettiget. Qua de causa manet tibi? non certè ut more puerorum se oblectet, contemplando splendorem urbis ac edificiorum Magnificentiam, neq; ut parentes dat. à oper. à in luctum conjiciat, sed manet aliam quandam ob gravissimam causam, nempe ut esset in iis,

que sunt Patris celestis, ut ipse fatetur. Hac autem erat cum patris voluntas, ut hac vice specimen ederet eorum omnium Christus, quæ jam inde ab infantia ejus prædicta erant & de illo decantata, quo renovaretur fama de nato Messia penè hætenus hominum opinione sepita ac sepulta, ne quisquam ignorantiam prætere- dere, multò verò minus Doctores populi prætextum sibi querere possent, Hunni- nus. Quomodo autem dulcissimos suos ac charissimos reliquit paren- tes? Orig. hom. 17. in Lucam dicit: Sicut, quando ei insidiabantur Judæi (Luc. 4. Joh. 8.) elapsus est de medio illorum & non apparuit: sic & nunc puto remansisse puerum Jesum, & parentes ejus, ubi manserit, ignorasse: *ἀφ᾽ αὐτῶ* quippe factus ex hac opinione. Costerus addit: *Vel angelum in ejus persona parentibus apparuisse; Vel ad tempus parentum oculis præsentem esse visum puerulum.* Sed quomodo hoc omne probabitur? non sunt tam leviter fingenda miracula, præter scripturam. Parentibus itaq; nescientibus remanere puer voluit, quia (1.) Dei consilium illi adhuc ignorabant, quia (2.) parentes veniam ad hoc non facillè fuissent datu- ri; vel (3.) si maximè concessissent, res tamen visa esset præsumptione ple- na; quia (4.) Domini mos est singularia edere opera, præter spem & ra- tiocinationes ingenii humani; quia (5.) Domini factum insciis paren- tibus patratum, eo plus majestatis habuit & admirationis, fortè etiam (6.) punita sic fuit parentum incuria, qui non majori curâ filium, in tanta festi turba, custodierunt. ¶ Observemus hîc, I. verè nihil esse, benè quidem incipere, & tamen ad finem non perducere, undè omni- no laudandi sunt Christi parentes, qui Hierosolymis ad sua redeunt, diebus Paschalibus planè jam *finitis & consummatis*, norant quippe pia hæc corcula, quod in sacrificiis Deo placeret non Caput modò, sed & Cau- da hostiæ, Lev. 3. v. 9. Tu itaq; similiter quod habes teneto, Apoc. 3. in studio & studio pietatis ad metam strenuè pergito, I. Cor. 9. manum aratro admotam ne retrahito, Luc. 9. cum Uxore Lothi ne respicito, Gen. 19. *Ægypti ollas ne denuo affectato, quia juxta Gregor. incepisse quidem multorum est, perfecisse autem paucorum, in diebus præsertim festis, ubi sæpissimè: Principium fervet, medium tepet, ultima frigent: Am ersten Feiertag wird / bey uns / die Kirch gemeinlich dermassen aus einander ge- dechnet vnd gedrenget / daß sie folgendts fast das ganze Jahr vber / wil zu groß werden / bald am andern Tag gehet man gen Emauß / den dritten bleibt man gar aus / ut ille. Nos cum parentibus Christi consummemus dies festos, cum salvus sit futurus qui ad finem usque perseveraverit,*

Matth.

*Cur insciis Pa-  
rentibus.*

*Non inchoan-  
dum tantum,  
sed perseveran-  
dum.*



Matth. 10. Apoc. 2. ¶ II. Confutandi sunt hîc Pontificii, qui ex re- *Christus nec*  
 mansione pueruli probare conantur, Christum Servatorem & Mona- *Monachus fu-*  
 chum fuisse, & suo exemplo approbasse zelum illorum, qui non modò *is, nec Mona-*  
 in scîis, sed & invitis etiam parentibus ac cognatis Monasteria ingredi- *chorum appro-*  
 untur. *batit inobedi-*  
 Quod ad prius, sic discurret Grodicius Conc. 3. Non illi ( puerulo ) Pa- *entiam erga*  
 rentum devotio sufficiebat, aliquid amplius addere voluit, ut doceret eos, qui in *parentes.*  
 sortem ipsius vocati sunt ( Monachos ) communi devotione contentos esse non *parentes.*  
 debere, sed tanto plus hisce vacare, quanto in altiori candelabro Ecclesiæ positi *parentes.*  
 sunt. Turpe enim est hominem DEO dicatum ( monachum ) ab uxoris seculari- *parentes.*  
 bus, inò ipsis etiam mulierculis, in in, quæ ipsius sunt propria, superari: Quod *parentes.*  
 ad posterius Stapletonus, Grodicius & Costerus adducunt hîc dictum *parentes.*  
 Hieronymi: per calcatum perge parentem ( in Monasterium ) sicis oculis : *parentes.*  
 commendant exempla: Francisci, Thomæ de Aquino, Bernhaldi, A- *parentes.*  
 lexii, Alberti comitis Flechtenbergii & aliorum, qui parentibus & co- *parentes.*  
 gnatis etiam dissuadentibus, ejulantibus & ægrè ferentibus, in mona- *parentes.*  
 stica tamen vita permanserint, moti exemplis, & Christi hoc loco, & *parentes.*  
 Elifæi, 1. Reg. 19. 20. & uxorum Jacobi, qui invito parente discesserint, *parentes.*  
 Gen. 31. ut & illius, cui Christus, ut se sequeretur injunxerit, etiam in- *parentes.*  
 sepulto parente demortuo, Matth. 8. v. 22. Sed in priori omnia certè *parentes.*  
 ridicula sunt, quasi Christus Monachos citra omnem controversiam *parentes.*  
 vocari in suam Sortem? quasi præ aliis illi, & præsertim piis conjugibus, *parentes.*  
 in altiori Ecclesiæ candelabro sint positi? quasi statim dicendus sit Mo- *parentes.*  
 nachus ille, qui publicè in templo in confesso Doctorum audit & in- *parentes.*  
 terrogat? quasi solitudini monasticæ sit conforme, quod Christus, qui *parentes.*  
 ad tridui saltem spatium segregatus à parentibus, postea per annos 30. *parentes.*  
 integros, cum parentibus in Oeconomia vixit & fabrilis aliasq; operas *parentes.*  
 domesticas tractavit, quis non has palpetineptias? In posteriori, extra *parentes.*  
 controversiam est, diligendum esse generatorem, sed præponendum ta- *parentes.*  
 men Creatorem, si itaq; parentes impii sint & liberos suos à Christo ve- *parentes.*  
 lint abstractos, tunc utiq; præ illis DEO obediendum, id quod omni- *parentes.*  
 bus omnino fidelibus mandatam, Matth. 10. & pertinet huc dictum *parentes.*  
 illud Hieronymi, sicut & exemplum filiarum impii Labani; Elifæus *parentes.*  
 suis valedixit parentibus, sine dubio in vocationem ejus, tam divinam, *parentes.*  
 libentissimè consentientibus, & si maximè non valedixisset eis, tamen *parentes.*  
 sequi debuit Deum vocantem, qualem cœlestem vocationem Mona- *parentes.*  
 chi nunquam poterunt prætere: Exemplum Scribæ docet, ex amo- *parentes.*

re Christi, etiam charissima in mundo deferenda, sed Monachi relinquunt parentes, prætextu humanarum saltem traditionum. Aliud itaque est sequi divinam voluntatem invitis parentibus IMPIS, & aliud impium, impurum ac superstitiosum sectari Monachatum, invito Deo & parentibus PIS, salutariter juxta verbum Dei & obedientiæ legem, consulentibus, tales omnino audiendi, cum *quartum præceptum oracula non humana sed divina fuderint*, August. l. 18. de civ. Dei c. 4. hinc cum Lutherus, terrorem nescio quem prætenderet suscepto Monachatu, parens ejus rectè rescripsit: *Vide, fili mi, ne fraus subsit Diabolica, Sihe zu dass es kein Teufflischer Betrug sey!* Et profectò, Christi in cruce pro matre sollicitudo latis superq; docet, parentes nunquam negligendos, ne in ipsa quidem morte.

**Et non cognoverant parentes.** ] Syrus, ut & quædam Exemplaria græca, nominatim dicunt: *Nescivit Joseph & mater ejus.* Quomodo autem filius DEI, qui cum tanta diligentia à parentibus nutriebatur, obliviscendo potuit relinqui? Resp. Lyra: Ad solennitatem Paschæ viri ibant seorsum à mulieribus in uno comitatu, & mulieres in alio, similiter etiam revertebantur, idq; ideò, ut magis religiosè solennizarent Festum, ab uxoribus continentes, sicut in datione legis præceptum fuit, ut continerent se per 3. dies ab uxoribus suis, Exod. 19. pueri autem indifferenter poterant ire, in comitatu virorum aut mulierum, & ideò Joseph, quando non vidit puerum Jesum in comitatu virorum, existimavit esse eum, cum Maria, in comitatu mulierum, & eodem modo Maria credidit, eum esse in comitatu virorum. Idem habet Beda, ut & *Ardentius*, qui addit, non tantum in itinere seorsum viros & seorsum mulieres ambulasse, sed & in Templo atrium mulierum ab atrio virorum prorsus fuisse sequestratum, putatque Ardens porro, consuetudinem hanc optimam fuisse & nobis omninò imitandam, *nihil enim, inquit, plus remouet ab oratione animum nostrum, quam inspectio mulierum, nam, si etiam cum solitarii oramus, vana cogitatio nos infestat, quid fiet si vir uxorem suam aspiciat, stultus stultam, peccator peccatricem, nonne plus auget culpam, quam impetret veniam?* Suadet ergo Ardens, ut tres in templis fiant mansiones: in prima sit Episcopus cum clericis: in secunda Rex cum subditis: in tertia Domina cum ancillis, indeq; Ambrosium noluisse concedere, ut Imp. Theodosius Mediolani chorum Clericorum intraret, dicendo: *Ego cum Clericis meis in Choro debeo psallere, tu verò cum*

Laicis

*Laicis tuis extra orare;* quo audito, Theodosius Constantinopoli ad clericorum invitatus chorum, noluit intrare, sed dixit: se unum tantum in mundo Episcopum invenisse, qui qua differentia sit inter laicos & clericos, se docuerit. Sed quis non videt, hac factum Cleri Romani resipere, & passim quidem in Postillis morem illum Itineris Judaici reperies, sed reclamatur incomparabilis Chemnitius, qui dicit hanc sententiam meram esse figmentum & cogitationes inconuenientes, idq; propterea, quia (1.) expressè Evangelista dicit, quod & Maria & Joseph simul profecti, puerum quaesierint, quod (2.) quaesierint illum, non apud se invicem, sed apud cognatos, ibi & esse filium opinantur & quaerunt. Putat itaq; illam clausulam: *& non cognoverunt*, &c. referendam ad rationem institutionis vel indolis huius pueri, qui propter singularem affabilitatem & gratiam, ut plurimum conversatus est, vel cum cognatis, vel cum aliis notis, quod cum fieret, parentes nihil de eo erant solliciti, *Sie wollen wol / daß fromme Leut einem so Holseligem Knäblein nichts zu leid thaten* / putant itaq; puerum praecessisse, in comitatu aliorum Nazarethorum, tandemq; in uno diverforio se convenuros. ¶ Incidit hinc expedienda illa quaestio: *an Maria fuerit sine peccato originali?* Papistæ ut hoc obtineant, Mariam & hinc & alibi summam excusant diligentiam, praesertim in hoc actu dicunt, remansisse (1.) puerum sponte sua, ita ut noluerit rescire parentes: opinionem (2.) Mariæ, quæ putabat filium esse inter cognatos, ipsa consuetudine peregrinationis excusari: per verba (3.) illa: *Fili, quid fecisti nobis, inruui, Tu scilicet, non Nos hic in culpa sumus*: ipsum (4.) puerum parentes ab omni culpa absolvisse, qui aliàs potuisset dicere: *Cur me non custodivistis*. Ne umbram quidem (5.) vel exoptulationis reperiri in Mariæ verbis, vel increpationis in verbis Filii: nullam (6.) culpabilem esse ignorantiam, quando Maria ignoravit, quæ scire non debuit, juxta Marc. 13. v. 32. &c. Sed quicquid dicant Papistæ, à peccato tamen prorsus hinc absolvi mater Domini non potest, sed *lapsus est*, amittere Messiam, angelorum & hominum praconio toties celebratum ac singulari monitu commendatum, Matth. 1. & 2. *lapsus est*, opinari eum esse in tuto, qui tamen in extremum vitæ periculum poterat incidere: *lapsus erat*, facti causas poscere à Filio DEI: *lapsus erat*, nescire, quæ ad officium Messiae potissimum pertinebant: imò *lapsus erat*, non intelligere ea, quæ filius de rebus patris sui coelestis clarè & perspicuè responderat, &c. Hinc historia Magdeb. cent. 1. lib. 1. col. 294. dicit:

*An Maria peccato Originali caruerit?*

*Mariæ lapsus.*

licet Maria inscia & contra voluntatem amiserit filium, nihilominus graviter eam peccasse, Lutherus in Postill. *Quis inter homines est major peccator, quam hic Mater Dei, quæ cogitare aliter non potuit, nisi suā culpā amissum filium.* Hunnius dicit fuisse magnam & non excusandam negligentiam. *It trawen keine geringe Sünde / daher die Väter disputiret, ob die Sünde der ersten Mutter Eva / oder der Jungfrauen Marien grösser gewesen / illa enim peccavit in Creatura, hæc in Creatore ipso, illa peccatum introduxit, hæc illum, qui pro peccatis satisfacere debebat, amisit, daß kan nit entschuldiget oder bemäntelt werden / sondern muß als ein grosser Gebrech an der Jungf. Marien erkandt werden / inquit Saccus noster.* Pontificios hoc malè habet, dicunt nos nodum in scirpo quærere, lapsus Mariæ recensentes, *cum honores Deiparae potius ampliandi essent.* Sed licet libentissimè concedamus, lapsus dictos fuisse lapsus infirmitatis: licet libenter concedamus, hos lapsus filium Dei promissimè condonasse, imò libentissimè: quamvis concedamus, Mariam sanctam fuisse & beatam, etiam tunc temporis, quando de amisso filio dolebat, quia illæ infirmitates ei non fuerunt imputatæ, Psal. 32. v. 1. attamen, ut aliorum Sanctorum, ita & Mariæ *πλημμελήματα*, occultari non debent, quia (1.) vergunt in filii Mariæ laudem debitam, cum illi soli scriptura hoc assignet, quod sit *ἀναμάρτητος*, Heb. 7. v. 26. quia (2.) tuemur ita veritatem scripturæ, quæ dicit, quicquid carne natum est, caro est, Joh. 3. v. 6. Deus omnia sub peccatum conclusit, Rom. 15. v. 12. caremus omnes gloriâ, Rom. 3. v. 22. pro remissione peccatorum omnibus Sanctis est orandum, Psal. 32. v. 6. hic cum lex non distinguat (ut Jcti loquuntur) nos etiam distinguere non possumus, sed Mariam includimus, quæ si peccato planè caruisset, quid opus fuisset ad *Salvatorem* provocare in Magnificat? quid opus fuisset orationem recitare Dominicam, cujus petitio quinta dicit: *Remitte nobis debita nostra?* quid deniq; opus fuisset tot calamitatibus & ipsi tandem morti subiacere: hæc enim omnia peccati sunt stipendium, Rom. 6. Adhæc (3.) infirmitates Mariæ docent, quam facilis sit lapsus etiam illorum, qui pro virili vigilant, quid ergo de securis fiet. Monent (4.) lapsus beatæ virginis, omnibus Sanctis confugiendum esse, non ad aliquod suum meritum vel congrui vel condigni, sed ad solam Dei misericordiam, Psal. 130. &c.

Existimantes autem eum esse in comitatu. ] Syrus: *Putabant eum esse cum filiis societatis ipsorum.* Græc. *ἐν τῷ συνεδίῳ.* Juxta Chem-

Chemnitium *συνοδια* significat comitatum illorum, qui simul eandem professionem susceperunt. Erasmus in annot. *Comites & socii ejusdem itineris*, sic Pauli comites dicuntur *συνοδοι*, Act. 9. v. 7. Sic Nehemias invenit librum in *συνοδια* illorum, qui ex Babylone redierant, Nehem. 7. v. 5. Græci usurpant de illis, qui ejusdem Genealogiæ simul proficiuntur. ¶ Instituenda hinc exhortatio ut Christum probe custodiamus, ne amittatur, id quod fieri potest facillimè, I. Amittitur hinc à Parentibus piis sanè & devotis, pii itaque securi non sint, Christum, Spiritum S., Dei gratiam, &c. amittere possunt, quidquid Calviniani contra ganant. II. Amittitur hinc ab illis, qui ipsum habuerant annis jam XII. integris: non itaque securi sint etiam illi, qui longo jam tempore Christi Verbum & Sacramenta habuerunt. III. Amittitur tempore pacis, cum sub præfide Coponio omnia fuerint tranquilla, Dione teste: Ergo non dicamus *pax & securitas*. IV. Amittitur ab illis, qui per octiduum integrum interfuere sacris, quid fiet de illis qui toto anno templum non frequentant? V. Amittitur in templo, non itaque dicamus: *Templum Iehova, Templum Iehova, &c.* etiam Romani, Corinthii, Galatæ, Philipenses, Thessalonicenses, &c. Christum amiserunt, immò si in Templo amittitur Dominus, quid fiet in popinis & aliis minus honestis locis, ubi Veneris filius pro filio Virginis colitur? VI. Amittitur Christus in Festo, quoties hoc hodieque fit, quærendus erat in festis Christus, sed à multis impiâ vitâ tunc amittitur, hinc dicit Iehova, ipsius animam odisse nostra festa velleque se lutum. soleannitatum nostrarum in faciem nostram exspuere, Esa. 1. v. 14. Malach. 2. v. 3. VII. Amittitur Christus inter agnatos, nec mirum, cum sæpius hoc contingat; Audi, inquit Psalmista, Filia, & vide, & incline aurem tuam & obliviscere populi tui, & domus patris tui, tunc in tua pulchritudine Rex, scelestisq; Sponsus delectabitur, Psal. 45. IIX. Amittitur *opinionè*, cum mater putat eum probe esse custoditum: *Ungewisse Opiniones sind noch heutiges Tages das Mittel / wodurch man Christum leicht verleuret /* inquit Saccus. IX. Amittitur procrastinando, non enim statim quærunt Joseph & Maria, sed sub vesperam demum se reperturos puerum putant: Sic multi amittunt Christum dicentes: *Wenn mich der Vatersvater vnd andere gute Freunde im Todesbett besuchen / denn wetden sie Christum wol mitbringen /* periculosa hæc procrastinatio est, quæruto itaque Dominum dum in propinquo est, invocato eum dum reperiri potest, Esa. 55. &c.

*Christus probe  
custodiendus.*

Re-

Requirebant eum inter cognatos ] Syrus videtur summam parentum in quærendo diligentiam diligenter describere, idè reddidit: *Requirebant eum apud suos homines, & apud unumquemque suum*: Imò Græca phrasis parentum sedulitatem quodammodo innuit, dicens: quærebant eum *ἐν τοῖς συγγενεῖσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς*: In Cognatis & notis. ¶ Incidit itaque hic Observandum, non semper ibi inveniri Christum, ubi quæritur, pisces in aere nunquam reperies, volucres in aqua nunquam, ubi ergò quærendus Christus? Non inter agnatos & carnis propinquos, quia humana cognatio Dei filium non potest continere: nec inter Notos, quia major est mortali notitiâ: nec in multorum *comitatu*, quia errantium multitudo erroris patrocinium non est, Orig. hom. 18. in Luc. Saccus noster per Notos & agnatos allegoricus intelligit *Rationem humanam*, Die ist vnser angeborne Freundin, vnser Gesehrte/ mit der sind wir bekant/ da im Gegentheil der Glaub dem menschlichen Herzen vnbekant vnd frembd ist / Er ist nicht vnser angeborner Freund / Darumb wer Christum bey dieser Freundin vnd Bekandtin [ Ratione ] suchet/ der findet ihn nicht / sinemal er durch Vernunfttes Wiß nicht wil gesucht seyn / nec animalis homo ea percipit, quæ Spiritus Dei sunt, 1. Cor. 2. Alii per Agnatos & Notos intelligunt *sanctos demortuos*, ad quos quidem detorquent Jobi illud: Misere mini mei Amici mei, Job. 19. v. 21. Aber / die Heiligen Gottes / ob sie gleich mit Christo im Jammerthal gewandert seyn / ut Comites, ob sie wol seinem Jammerbild gleichförmig worden seyn / ut Noti, ja ob sie gleich eines theils Christi Blutsfreund vnd Anverwandte gewesen / so können sie doch nicht helfen / c. Alii per Notos & agnatos intelligunt *carnes illecebras & voluptates*: Wiltu Christum finden / so muß der Welt vergessen werden / mit allem / was sie lieb hat / denn da ist Christus nicht inne / in grosser Hoffart / Ehre / Wollust / c. welche alle des Fleisches Freunde seyn / vnd wird bey ihnen Christus nicht gefunden. Ich suchte den / den meine Seele liebet / Ich suchte (in mundi vanitatibus) vnd fand ihn nicht / da sahen mich die Wächter (homines carnales) die schlügen mich / vnd nahmen mir den Schleyer / vulnerabant conscientiam & omni spirituali ornatu me privabant, Cant. 3. v. 3. 5. v. 7. Wenn man Christum bey ansehnlichen Freunden suchen / vnd ihnen zu gefallen eine Religion annehmen vnd verwerffen wil / so findet man ihn auch nicht / qui enim non odit patrem & matrem, non est me dignus, Matth. 10. Sacc. Quærendus ergò CHRISTUS, sed non in pla-

Non semper  
Christus repe-  
ritur, ubi quæri-  
tur.

*tea, ubi magna vanitas: non in foro, ubi grandis aduersitas: non in taberna ubi summa ebrietas: non in seculari curia, ubi sæpè falsitas: nec in Scholis mundanorum Philosophorum, ubi infinita perversitas: sed in Templo, ubi dia veritas, Augustin. 43. ad frat. in Eremo p. 372.*

Et non inuenientes regressi sunt ] Laudabilis est in quærendo constantia, nec temporis diuturnitatem, nec itineris longinquitatem attendens: Sæpè à nobis Christus, amittitur, utinam pari diligentia & constantia requiratur. Redierunt ergo Hierosolymam admodum mœsti & anxii, cum parentes duobus verè semper contrariis vitiis laborent: Primò nimium sunt securi, neque pueros eâ diligentia qua debebant curant, non reputantes quantum illis thesaurum Deus tradiderit asservandum: Post, si pueris grave quid acciderit, tantum non desperant, ac si Deus pueros non curet, & quasi non singulis pueris suos adjunxisset angelos, qui illos custodiant, Matth. 18. *Osiand.* At merito Christi parentes contristati valdè sunt, amiserunt enim puerum, quem? illum, qui à Spiritu S. conceptus: illum, qui filius Altissimi dictus: illum, qui ut Jesus saluatorus erat populum à peccatis: illum, quem angeli proclamauerunt Redemptorem: illum, in cuius honorem Magi ab Oriente tantum iter susceperant: illum, de cuius conspectu Simeon tantopere fuit lætatus: illum, quem Deus tam diligenter voluit observatum, ut ad Herodis insidias vitandas, in Ægyptum fuit fugiendum: Hic illæ cogitationes animum piorum parentum perculerunt: quid si puer in profluentem fortè lapsus periisset? quid si feris præda factus esset? quid si in raptos & plagarios incidisset vendendus? quid, si Herodianis proditus esset, & Archelao traditus? hic Mariæ pectus gladius transiit, hic se multo infeliciorem rata est, quam Eva, quæ esu pomi vetiti genus humanum perdidit equidem, se vero illius Redemptorem amisisse: non cecinit hic beatam me dicent, sed *maledictam me dicent omnes generationes.* Qui enim Jesum perdidit, perdidit plus quam universum mundum, nonne melius fuisset domi remansisse, quam Jesum perdidisse? *Heu qualis hæc festiuitas, quam tanta obscurat calamitas, nulla certe major gravitas, quam ut perdit a dicatur morientium iucunditas,* Thom. Kemp. med. 11. & pulchri sunt versus *Accii Saunazarii*, qui Davidem vaticinantem & cum Maria virgine ita colloquentem introducit:

*Verum ubi bis senas hyemes, bis sena q̄ Nati  
Solstitia, & tantos superaveris anxia casus,*

CCC

Ingen.

*Christi parentes  
merito contristati.*

Ingentes imo dūces de pectore questus,  
 Aurea q̄, assiduis pulsabis sidera votis.  
 Nam puerum quamvis per compita sapē vocatum,  
 Sæpè expectatum consuetæ ad gaudia mensæ,  
 Per quires nequicquam amens: nec cara petentem  
 Oscula nec serâ redeuntem nocte videbis,  
 Tres illam totos mœrenti pectore soles  
 Et totidem trepidas: somni sine munere, noctes  
 Omnia lustrantes, quaestu omnia confundentes  
 Flebitis indigno percussis corda dolore,  
 Tu q̄, senex q̄, tuus: Quarto sed lucifer ortu  
 Purpureos tremulo cum tollet ab æquore vultus,  
 Inventum dabit, & quarentibus offeret ultro.  
 O quas tunc lacrimas, O qua tunc oscula, mater,  
 Quos dabis amplexus, mixto inter gaudia steru!  
 Cum natum ante Aras Patris & delubra sedentem  
 Mulcentem q̄, senes dictis, animos q̄, trahentem  
 Aspicias gavisâ, ipso admirante Senatu  
 Primitias pueri ingentes, nec inane sagacis  
 Pectoris iudicium, natæ q̄, ad grandia mentis, &c.

Pientissimi et-  
 iam crucei sub-  
 jecti.

¶ Discamus hîc: I. Deum etiam dilectissimos quosque cruce exer-  
 re, sicut exempla ostendunt, in V. T. Nox, Abraham, Jacobi, Moïsis, in N.  
 autem Pauli, & præsertim parentum Christi, weils der Mutter des  
 Herrn also gangen / die billig auff Rosen gehen vnd auff einem gâldenem  
 Wagen fahren sollen / was wollen wirs denn besser haben. II. Sub cruce  
 de Dei gratia & favore non est dubitandum, denn Gott ist ja der Jung-  
 frauen Marien nit feind gewesen / castigat omnem filium quem suscipit,  
 Heb. 12. v. 6. III. Illi, quibus excellentia etiam Dei dona obtigerunt,  
 non evahantur, Maria ist hoch erhaben / drumb mus sie vnterm Cruce  
 bleiben / ut & Paulus, 2. Cor. 12. v. 7. IV. Non sumus securi, quasi Chri-  
 stus, ex cordibus amitti non posset, cum pientissimi etiam parentes  
 ipsum amiserint. V. Liberi sine molestiis & difficultatibus educari  
 non possunt, denn hat das liebe Jesulein / welches ohne Sünde war / set-  
 nen Eltern Sorg / schrecken vnd schmerzen gemacht / wie solt uns denn on-  
 sere sündliche Kinder nicht thun / cum stulticia eis sit congenita, Prov.  
 22. v. 15. quis sine ingni labore arbutculos & plantulas perducere ad pro-  
 pri-



ceritatem potest? opus certè non unius, sed multorum & dierum & annorum est: quis colonus etiam diligentissimus in agro suo ferre non cogitur urticas, sentes & infelix solium! Ita et si nihil studii & industriae intermittunt parentes, subinde tamen educatio liberorum dolores dabit & molestias, docent hoc exempla, Adami & Caini, Noachi & Chammi, Abrahami & Ismaelis, Jsaaci & Esavi, Jacobi & filiorum, Samuelis item & Davidis, quæ omnia confirmant tritum illud: *Heroum filii noxæ*, sed quicquid sit, hæc tamen exempla pios parentes excitabunt, ut nulli industriae & studio parcant, &c. VI. Papistæ dicunt Mariam non modo hinc non peccasse, sed meruisse etiam insigniter, quia *solicite filium quaesivit, in quarendo perseveravit, & quia filio quem afflictum putabat, compassa est*, inquit Grödicus, Dom. 2. Epiph. sed in his omnibus, cum Mariae tantum matris satisfecerit officio, quod illi propterea meritum poterit assignari?

Et accedit post triduum. J Hoc triduum anxiiis parentibus propè fuit triennium: Series dierum talis est. Tertio Aprilis amittitur, nec extra vespertinum diverforium quaeri potest, ob summas noctis tenebras, cum Luna circiter vicesima secunda tunc fuerit, & non nisi sub auroram demum luxerit. Altera ergo die, h. e. 4. April. quaeritur in via puer, tandemq; urbem ingrediuntur mœsti parentes, hanc etiam noctem infomnem ducentes: Die autem tertia reperitur, ut sic illa phrasis, *quæ est tertia notetur, non dies quartus* (ut vult Lyranus) sed tertius. ¶ Quaeritur hinc I. *Triduum hoc quaesiti Christi num sit typus penitentiae?* Papistæ dicunt, hinc Granatensis hæc habet: *Per triduum illud requiritur: addit primo secundum, qui peccata confitetur: jam qui addant tertium, pro peccatis satisfaciendo, pauci sunt, pauci verè penitent, unde & pauci Dominum inveniunt.* Lyranus in Morali Postill. idem habet: per triduum significatur, quod post triduum *Contritionis Confessionis & Satisfactionis à fidelibus spiritualiter invenitur.* Sed Mariae triduum quomodo potuit esse veræ penitentiae typus cum Papistæ concedere nolint, illam vel hic vel alibi ullo modo peccasse? imo ut sine fide impossibile est placere Deo, ita etiam sine fide impossibile est amissum invenire Christum, cum ergo in Papistarum penitentia nulla fidei mentio fiat, hanc allegoriam merito rejicimus, & aliis nos oblectamus; Certe jucunda sunt hæc Argentii verba: *Significatur triduo & ante legem & sub lege*

*Triduum amissum Christi non est typus penitentiae Papisticae.*

quasitum esse Christum, ante legem à Patriarchis, sub lege à Prophetis, sed tandem in tempore gratiæ repertus est à gentilibus. Intellige hic per Christum, Christi in carnem adventum, aliàs enim V. T. Patres Christum etiam habuerunt, ut cujus meritum ipsis profuit antequam fuit, siquidem occisus est hic agnus ab initio mundi, Apoc. 13. v. 8. Quid si triduum hoc ad resurrectionem Domini accommodemus, & cum Glossa Strabi Ordinaria dicamus: *Triduo reperitur, ut indicio esset, quia post triduum illius triumphalis passionis, in caelesti honore, se resurgens ostendit, qui credebatur mortuus: Auff Ostern war Christus zweene Tag gleichsam verlor / nach dreyen Tagen aber / das ist am dritten / da findet er sich wieder / vnd stehet mitten vnter seinen Jüngern / & quidem, si Buntingio credimus, 5. Aprilis hic repertus est, quo eodem die post annos 21. à mortuis etiam resurrexit. Alii triduum hoc precibus rectè accommodant, quærendum scilicet Christum: Petendo, quærendo, pulsando, Matth. 7. Alii hoc triduum accommodant ad 3. hominis status: primo die sumus in utero materno, 2. in hujus vitæ ergastulo, 3. jacemus in sepulchro, vel in subitanèa tenemur mutatione, postea visuri Dominum in templo gloriæ, Apoc. 7. v. 15. Jucundæ etiam sunt cogitationes illorum, qui triduum hoc ad religionis negotium accommodant, hoc pacto: Duodecimo post virginis partum centenario amissus est Christus, per Idolomanias Pontificias, cum circa illud tempus Innocentius 3. super omnes mundi Reges se extulerit & nomen Episcopi generalis, qui caput sit Ecclesiæ, sibi sumserit: Ut & per blasphemias Mahometicas, iis in locis, quibus Christus per annos 1200. præsens quasi fuerat, Vnter dess haben viel fromme Herzen Christum gesucht vnter den bekandten vnd verwandten / in den Schrifften bald dieser vnd bald jener Lehrer / haben gleichwol den rechten Grundt nicht funden / sed tertio post seculo, annis 300. præterlapsis, ibi Christus repertus est in Templo, in scripturis per Lutherum, qui omine satis fausto A. C. 1512. Doctor Witebergæ creatus. *Eusanus; Osiand. Pomar. & alii.* ¶ II. Quæritur, quomodo hoc triduo sustentatus & enutritus sit Christus? Costerus in Conc. part. 2. p. 253. dicit, *Bernhardum speculatum, Dominum hoc tempore pauperem vixisse, & mendicasse, ut impleret illud Psalmi (40. v. 18.) Ego vero mendicus & pauper sum, Alii audacter fingunt, Dominum hoc triduo tenerrimum suum corpus afflixisse, mortificasse & macerasse, vigiliis, jejuniis, instanti oratione, &c. indeq; mendicitatem Monasticam ex professo quasi & mul-**

*Quomodo  
Christus hoc  
triduo susten-  
tatus.*

tis verbis commendant. Sed tenendum (1.) ex hac nuda Monachorum conjectura & Speculatione nihil certi vel colligi, vel concludi posse. (2.) præsens exemplum singulare esse, quod quidem facit ad informationem, non tamen statim ad imitationem. (3.) dicitur hic Christum in templo disputasse & quasi concionatum esse: Monachorum autem pigri ventres & stomachi sunt amphora Bacchi, unde Luthero studiis diligentius incumbenti, libros Monachi Erfurtenses subtraxerunt, imò unà cum adjuncto quodam Mendicabulo, in urbem eum ablegabant, dicentes: Non studendo, sed stipem colligendo ditescere Monasteria, mit betteln vnd nicht mit studiren reichert man die Klöster. (4.) Factum Christi præsens triduo tantum, Monachus perpetuò durat. (5.) Monachus omnem conversationem tollit, etiam cum parentibus & cum agnatis: Christus autem ita vixit, ut esset vel cum parentibus vel cum Notis. Verisimilius itaq; (6.) est, Christum occultà virtute alicujus boni viri gratiam sibi comparasse, qui & hospitium & alimentum hoc ipsi triduo suppeditavit, ut Luc. 21. v. 10.

Ut in venirent eum in templo ¶ *Lyra: non in theatro vel ludo, sicut pueri solent, sed in loco orationi & doctrina sacra destinato.* Quinto enim Aprilis die cum Hierosolymis amissus puer nullibi reperiretur, tandem sub Vesperam Templum accedunt mæsti parentes, cum circa horam nonam, quæ nostra tertia pomeridiana, Judæi ad preces convenierint, Act. 3. His Joseph & Maria se adjungunt, sie wollen ihre grosse Noth im lieben Gebet dem Allerhöchsten vortragen / & ita inveniunt puerum, denn wenn man sich zur Kirchen wendet vnd fleißig betet / so muß endlich alles gut werden / siquidem fidelis ille Deus ultra vires tentat neminem, 1. Cor. 10. ¶ *Observe hic, ubi quærendus Christus, ut vbi quadrados inveniatur amissus? 1. in Templo, invenitur Christus in sacro loco, in sacro Christo. negotio, & in sacro homine, Euthym. quare ante omnia in templo, illuc propera, ibi Christum sapientiam & sermonem Dei reperies, Orig. hom. 10. in Luc. 2. quærat Christus in Oratorio: O quoties homo, qui sibi Deum amississe videbatur, ubi ad Orationis locum & officium confugit & in eo suppliciter & ardentè oravit, tum seipsum, quem penè perdidit, & Deum, quem amissum putabat invenit, Thom. de Kemp. medit. 11. n. 4. p. 219. 3. quærat Christus in scripturis: scrutamini scripturas, quæ de me testantur, Joh. 5. v. 29. 4. Quærat in Cruce, de qua Bernh. circumire possum cælum & terram, Mare & aridam, nullibi te Christe invenio, nisi in cruce. 5. Quærat Dominus in*

*membris egentibus* : suscipe egenum, suscipe peregrinum, respice infirmum, & inveniisti CHRISTUM, Augustinus:

*Ante fores si fortè tuas consistat egenus,*

*Ante fores Christum reberis esse tuas.*

*Pastores* quærebant Christum in falciis, Tu quæras in scripturis, & cum illis invenies: *Magi* quærebant Christum in diversorio, tu quæras in Sacramento & cum illis invenies: *parentes* quærebant Christum in templo, idem tu facias, & cum illis invenies: *Herodes* autem & *Sacerdotum* Christum quærebant crudelitate & Tyrannide, *hanc si non fugias nunquam invenies Christum*, Ambros. l. 2. in Luc. c. 2.

In medio sedentem. ] In medio, ut melius possit omnes audire, & cum eis conferre, Lyra. Dn. Philippus Melanch. videtur innuere, Christum hic affedisse Discipulis potest fieri (inquit) ut pueri certo quodam loco confederint, & inter se habuerint certa quadam exercitia disputationum, Seniores autem, qui circumfederunt & audiverunt, ex animo latati sunt, cum vident *Seminaria Ecclesia*, sicut senibus eximiam affert lætitiã, quando vident adolescentes aliquos, in quibus est bona spes, ut nunc sit in Scholâ, ubi alius studius post alium, Doctoribus assidentibus, loquitur. Sed Theologi pleriq; existimant, Christum hic non sedisse inter discipulos, sed ut Textus expressè habet. In medio Doctorum, ob excellentem sapientiam. Equidem Calvinus putat, *radius divini fulgoris* palam in puero enituisse, unde ab hominibus hisce, quantum vis superciliosis, fastuosis & superbis, in Doctorum tamen gradum sit admissus: sed de ejusmodi divini fulgoris radiis ex pueri facie emicantibus nihil habemus, manemus itaq; in litera & fortassis ita res se habebit: In secundo templi atrio, quod aliàs *Salomonis* dicitur *Porricus*, Joh. 10. v. 23. inter alia etiam ædificia reperta sunt; *Musach*, h. e. Cathedræ, suggesta, vel Tabulata, quibus insidebant Doctores, interpretantes Legem & Prophetas, sit horum suggestorum mentio, Neh. 8. v. 4. 2. Reg. 16. v. 18. ubi impius Achab scribitur è domo Domini removisse *Musach*, usq; ad eò elevata & exaltata, ut Discipuli ad doctorum pedes sederent, Actor. 22. v. 3. & quidem in pavimento mattâ strato, juxta illud Ambrosii in 1. Cor. 14. *Seniores sedentes disputabant in Cathedris, sequentes in subsellis, novissimi super mattas*: sed Christus Paulo etiam Apostolo anno ætatis 12. longè doctior, non sedet in mattâ, sed in Cathedra, ut Doctores propius cum ipse conferre & sapientiam ejus plusquam humanam animadvertere diligentius possent.

Chemn.

Chemn. Harm. cap. 15. pag. 280. ¶ Observent hic I. pueri & Adolefcentes exemplum, juxta quod pravum fugiant sodalitiū & sapientibus se associant, in Antiquis enim sapientia, Job. 12. v. 12. Et sponſus Christi *inter vigilēs* reperitur, hoc est, juxta nonnullos, inter Doctores, Cant. 3. v. 3. *Wie oft kommen Kinder von ihren Eltern weil sie noch jung seyn*/alii serviunt peregrinis, alii studiorum gratiā degunt in locis à patria procul distitis, alii mercimoniū & opificii necessitate in extremis mundi plagis versantur, alii parentibus orbatī in alienis pupilli vivunt & dibus, *was hie zu rathen?* templum frequentent tales assidue, precentur devotē, bonis se adjungant illosq; audiant studiosē, & expectentur in locis etiam peregrinis Jacobi, Moſis, Tobix & aliorum sortem, quia: *Sapē peregrinus peregrinis surgit in oris*

*Adolefcentes  
pravum fugi-  
ant sodalitates.*

*Alteriusq; manum dextra aliena lavat.*

II. Meritō viri docti mirantur, cur Christus Servator ferē semper & ubiq; medium locum tenere voluit: hic enim sedet *in medio Doctorum* sapientix suæ fontes puer duodennis recludens: quoad divinitatem, *Cur Christus* *vel semper me-* *dium locum in-* *nuerit.* *medius* est inter Patrem & Spiritum Sanctum: quoad officium, *medius* vel mediator est inter Deum & homines, 1. Tim. 2. v. 5. Si apostolos creat & discipulos eligit, *in medio* illorum est, sicut qui ministrat, Luc. 12. v. 27. si cum Judæis agit & multitudine, Johannes dicit Baptista: *Medius* vestrum stetit, quem vos nescitis, Joh. 1. v. 26. In clarificatione *medius* est inter Moſen & Eliam, Matth. 17. v. 3. cum Hierosolymam ingrederetur *medius* erat inter præcedentes & subsequentes, Matth. 21. v. 9. crucifixus *medius* est inter duos latrones Joh. 19. v. 18. cum januas penetrat clausas, stat *in medio* discipulorum, Joh. 20. v. 19. 26. ubi cælum aſcendit, nihilominus stat *in medio* candelabrorum, Apoc. 1. v. 13. imò si duo vel tres in nomine ejus sint congregati, *in medio* illorum est, Matth. 18. v. 20. cur autem toties *medius* Christus? procul dubio, ut sciamus illum expetere corporis nostri Metropolim præstabilissimam, COR scilicet, quod enim sol est inter Planctas, & quod olim arbor vitæ erat in Edenæo paradiso, hoc teste Chryſostomo, est cor nostrum inter principes & vitales hominis partes, hinc igneo colore purpurascit, divino charitatis symbolo, hinc infima sui parte, qua terram spectat, conclusum, superius latum & apertum, ad concipiendos manerum cœlestium influxus: imò hinc in suas literas ita COR nostrum quidam diviserunt, ut *COR* esse debeat, C. Camera, O. Omnipotentis, R. Regis,

Audi-

Audientem & interrogantem illos.] Optandum sanè  
 esset, ut sciremus, quid vel de quibus quæserit duodennis Christus?  
 Hieronymus epist. ad Paulin. putat, ipsum disputasse, *de Lege, ejusq; vero  
 & genuino sensu*, ut Matth. 5. Chemnitius putat, hanc dialexin fuisse spe-  
 cimen totius doctrinæ, quam postea traditurus erat, *de persona scil. &  
 officio Messia: de discrimine Legis & Evangelii: de vero Dei cultu in N. T. de ab-  
 rogatione ceremoniarum: Leviticarum: de traditionibus Pharisæicis*, &c. VVim-  
 chelmannus in Lucam putat, Christum hinc exposuisse, nota illa Prophe-  
 tarum loca, Es. 53. Gen. 49. Hag. 2. &c. *Simon Pauli* dicit, puerum expli-  
 casset Protevangelion, de mulieris semine, caput serpentis contrituro.  
 Alii putant ipsum quæsiisse, cur sacrificia ita comburerentur & crema-  
 rentur? cur tot agnorum sanguis funderetur in Paschate, cum tamen  
 inter DEI clementiam & Sacrificiorum truculenter incensorum gra-  
 veolentiam, nulla esset proportio, juxta illud: *Non bove mactato celestia  
 numina gaudent?* quæ postmodum ad Messia passionem & mortem sa-  
 pientissimè Jesulus accommodarit: præ ceteris autem mihi arridet sen-  
 tentia Dn. Philippi Melanch. qui dicit: Eo ipso anno, quo Christus  
 Hierosolymam cum parentibus venit, vel certè anno præcedente fa-  
 ctum est, ut quidam Judas Gaulonites, opinione Pharisæorum anti-  
 quâ, de mundano Christi regno, fasciatus, seditionem concitaret, sub  
 Coponio Præfide Romano, nec sine labore & difficultate Coponius  
 oppressit Judam illum Gauloniten, quare, ut plerumq; occasiones di-  
 sputationum sumuntur, ex re præsentis, sic etiam Christus, pro renata,  
 disputavit, de regno Messia non mundano & terrestri, sed cœlesti, spi-  
 rituali ac æterno, id quod ex Vaticiniis Prophetarum luculenter de-  
 monstravit, falsas & seditiosas Judæorum opiniones confutando. En  
 tibi verò disputatorem tam excellentem, ut de eo dicatur: *Stupebant  
 omnes, græcè: ἐξίσταυτο*, significat *vehementem admirationem*, unde Lyra  
 reddidit: *Valde mirabantur*, & juxta Chemnitium 70. Interpretes hac  
 voce in historia Josephi (Gen. 42. v. 18.) reddiderunt Hebraisimum il-  
 lum: *Egressum est cor eorum, ἐξίσταυτο*: *Sie sind allerding erstarrt vnd er-  
 staunet/sie haben einander vber die Achsel mit höchster Bestürkung ange-  
 sehen/vnd gesagt: Was meinstu/will aus dem Knaben werden/ ut illi de  
 Baptista, Luc. 1. v. 66. causæ autem hujus admirationis, erant, 1. defectus  
 ætatis, Was ist ein Knab von zwölf Jahren. tunc demum quodammo-  
 do parentes colligunt, quales probabiliter sint futuri liberi, Die Ju-  
 gends*

gendi hat vmb solche Zeit wenig Tugend / Weisheit kömpt vor Jahren nicht / vnd steckt selten grosse Kunst vnter einem so glatten Rinne. 2. *Neglectus institutionis publica*, norat enim Christus literas, quas nunquam didicerat, Joh. 7. v. 15. 3. *Singularis in summis etiam mysteriis profectus*, ipsis quoq; parentibus ignotus, unde & de illis dicitur: *ἐπελαίγησαν*, attoniti facti: 4. *Parentum & agnatorum despectus*, putabatur enim fabri filius, Marc. 6. v. 2. ¶ Observemus hic, I. rectè D. Paulum ad Timotheum genuinum suum in fide filium hæc perscripsisse: *Nemo juventutem tuam contemnat*, I. Timoth. 4. v. 14. Equidem super hod. Evang. ita commentatur Beda: *Prius Christus audit & interrogat, quàm instruat, ne parvuli à Senioribus erudiri erubescant, nec docere juvenis audeat: & Ardentius majori zelo dicit: Notandum quod Redemptor noster legitur, cum esset duodennis, tantum audisse & interrogasse, nec usq; nisi in tricesimo anno publicè docuisse. Ezechiel quog; in 30. anno aperti sunt cæli, & vidit visiones Dei. Canones etiam prohibent, ne aliquis nisi trigenuarius ad Sacerdotium accedere presumat. Hic itaque confunduntur, qui ante præscriptam ætatem, vel ad Sacerdotium, vel ad prædicationis officium audent aspirare: Sapientia Dei Patris noluit ante 30. annos publicè predicare, & tu stulte, superbe, antequam noveris esse discipulus, dupis esse Magister, &c. Attamen Spiritus S. ad certam hominis ætatem alligatus non est, sed dona sua distribuit, prout vult, I. Cor. 12. v. 11. etiam ex ore infantium & lactentium laudem sibi perficit, Psal. 8. v. 3. etiam parvulis sapientiam suam, revelat, Matth. 11. v. 25. etiam pueris & adolescentibus Spiritus S. promittitur, Joel 2. v. 28. hinc Zacharias Naar dicitur, quia fortè non erat annorum multorum, Zach. 1. v. 3. & tradiderunt Hebræorum Doctores omnes fermè Prophetas fuisse juvenes potius quam senes. Illi itaq; quibus Deus in juvenili ætate præclara injunxit officia, operam dent, ut juvenilia desideria fugiant, 2. Tim. 2. v. 22. ut excitent dona quæ in ipsis sunt, 2. Tim. 2. v. 22. Ut in iis permaneant quæ didicerunt, quæq; ipsis sunt concredita, 2. Tim. 3. v. 14. Sic salvos facient & seipos & alios, I. Tim. 4. v. 16. quia Presbyteri, non ob decrepitam semper senectutem, sed potius ob judicii maturitatem ita nominantur, ut Anacleus Papa rectè dixit. ¶ II. Quæri posset an hæc duodennis Christi disputatio non sit contraria interdicto Salomonis dicentis: *Ne disputas cum Præceptoribus, sed audi sermones prudentium*, Proverb. 22. v. 17. item: *coram cano capite assurgas*, Lev. 19? Resp. ita erat de Messia prædictum, Mal. 3. v. 3. ut homo itaq; quærit humiliter, sed ut Deus respon-*

det sublimiter, quia Spiritus sapientia & scientia requiescebat super eum, Esa. II. v. 2.

Fili cur hoc fecisti nobis. ] Parentes per primum ingressum atrium, in secundo inveniunt Christum, quem reprehendit non Josephus, quia asserente Tyrano, firmiter ille scivit ipsum esse filium Dei, Mater autem ex nimia dilectione (præ Josepho) loquitur, quia amor excellens nescit dominium. Granatenfis idem ferè his habet: Loquitur mater non Joseph, quia hac acerbiorè affecta fuerat dolore, Iosephus autem sciebat, eum verè filium DEI, unde non putaverat suum esse, ut ipse eum increparet. Sed æquè Christum verum Dei filium esse Maria novit, ac fortassè melius, eum angelus expressè illi dixisset: Quod ex te nascetur Filius Dei vocabitur, Luc. I. Unde videtur Maria arrogantius non nihil putasse, se plus imperii in puerum habere, quam Joseph. Calvinus hic, quod mireris, palpissat, dicens: Falluntur, qui sanctam virginem hic locutam esse putant ostentandi Imperii causa, imò fieri potest, ut seorsim & remotis testibus tandem inceptis exposulare cum filio, postquam à conventu discessit, &c. idem multi Pontificii habent. Sed non admittit hanc distractionem, & scriptura omnia hæc coniungens, & affectus matris ardens, & dolor qui illi hæc expressit verba ingens imò ingentissimus. Oratio autem Mariæ Pathetica est: In exordio habet captationem benevolentia: Fili, dilectissime filii. Propositio complectitur castigationem: Maleficasti. Ratio Propositionis gemina est: 1. ab indigno, Filius ita parentes contristari & affligere non debebat, 2. à mœrore, Ecce inquit, Merce wol/es ist kein geringer Handel/Pater tuus & ego te quaesivimus, Pater tuus & ego, inquit, quia caput mulieris vir (1. Cor. II. v. 3. Eph. 5. v. 23.) quando minus debent superbire cætera femina; Augustin. in 17. Sermonib. Serm. II. pag. 1448. t. 10. quaesivimus te dolentes, ὁδω ὠπθωοι, cruciari, anxii, sunt autem ὁδῖνες dolores parturientium summi, imò damnatus Epulo in flammis dicit infernalibus: ὁδω ὠπαι, crucior in hac flamma, Ist also der lieben Mutter des Heoxon Christi bisshero nicht anders zu Muth gewesen/ als were sie auff dem Angstbäncklein der Kreisserin geseßen/ oder were ihr vnd dem Joseph Hellisch Feuer auff dem Halß gelegen/Syrus habet 270 Teraf, quod significat, quando quis pectus tundit & plangit super cor. Miror autem quid sibi velit Origenes quando dicit, parentes cum dolore quaesivisse puerum, non propterea, quod putarint eum errasse aut periisse, moverant enim DOMINUM illum esse, propterea autem tantum eos conce-



concepisse dolorem, quod veriti sint, ne forte relinquens eos reversus esset in cœlum, iterum descensurus cum illi placuisset. Omnino putabant parentes, puerum & errasse & amissum esse, quia divinam suam majestatem occultarat hæcONUS & cum eis in Ægyptum fugerat: ascensurum autem illum ad cœlos, hæcenus neq; ab angelis, neq; à pastoribus, neq; à Simeone, neq; à Magis, neq; ab ipso puerulo perceperunt. ¶ Observa hic glossam Lyranidicentis de doloribus Mariæ: Per hoc moraliter designatur, quod Christus in dolore contritionis querendus est. Ubi, si per contritionem Papistæ intelligerent salutarem pœnitentiam & conversionem ad Deum, qua homo de peccatis suis seriò contritus & de suis meritis profus desperans, verâ fide ad Dei misericordiam & Christi meritum confugit, gratuitam suorum peccatorum remissionem petens & sperans, tolerari utiq; glossa hæc posset, sed quia Papistæ Mariæ cruciatibus superstruunt carnificinam suam conscientiarum, suosq; dolores meritorios & satisfactorios, utique allegoria illa de Mariæ doloribus sensu quidem Papistico omnino rejicienda, *disce enim Maria exemplo*, inquit Cœsterus, *quomodo Deus amissus inveniri debeat, non voluptate, sed tristitia animi, pœnitentiæ operibus, jejuniis, vigiliis, ciliciis, orationibus, elemosinis, &c.* Infelices Evangelii Ministros tale nihil habere in sua pœnitentiâ, nihil ipsos requirere tribulationis, nihil afflictionis, unde dicit Grodicius, *nostros consistentes, licet magna & multa peccata sua agnoscant, nullam tamen eos imponi sibi petere satisfactionem, sed tantum postere consolationem, Tröstet mich mit dem Wort Gottes* / hanc esse totam conclusionem, & hunc colophonem *omnis pœnitentiæ Lutheranae, hanc esse requisitionem Christi per infinita peccata perditæ, &c.* vide Mehlfuhreri thes. 66. Verum hæc & falsa sunt, & in Christi Satisfactionem blasphemata: Quis nostrum unquam dixit, Christum per infinita peccata amissum, posse inveniri sine ulla contritione? annon illam inter pœnitentiæ partes primo loco ponimus? annon cum gemitu dicimus querendum, qui per dissolutionem est amissus? annon dicimus cor contritum & humiliatum Sacrificium Deo gratissimum esse & acceptissimum, ex Psal. 51? Verè dicendum cum Anshelmo cuius Christiano est: *Heu quoties te perdo peccatis meis ingentibus! quam tristis incedo, cum fuero à gratia tua desertus & propria paupertati sine consolatione relictus! quid mirum si tunc doleo & graviter ingemisco, tuâ salutari dulcedine orbatus, & penè omni spe recuperanda suavitate destitutus!* Sed hoc malè Papistas habet, quod nostri homines non petant sibi imponi pro peccatis

*An Christus querendus in dolore contritionis Papistica*

fuis satisfactionem, vel ut Grodicius loquitur: *bonam penitentiam*; sed sciant boni illi viri hoc propterea nostros non facere, quia sciunt sibi sufficere abundantissimam illam Christi pro peccatis nostris satisfactionem, vera fide apprehensam, si autem Papistæ ipsi pro peccatis suis satisfacere possunt, *jejuniis, vigiliis, ciliciis, &c.* quid ipsis Christus prodest? Et quæ tandem vel penitentia vel satisfactio imposita est Davidi, Petro, Mariæ Magdalenz, Adulteræ, Joh. 8. Publicano, Latroni in cruce & aliis, quos ipse Christus verè & merè Evangelicè absolvit ita, ut tota conclusio & totus colophon absolutionis esset hic: *Sengetrost confide, remittuntur tibi peccata tua*, Matth. 9. brevissime: Pharisaica Papistarum Satisfactio jucundissimam Evangelii medullam pedibus conculcat.

Quid est quod me quærebatis. ] Hæc sunt omnium prima Jesuli nostri verba in scripturis consignata, cum nullibi extet, quid ante 12. ætatis annum puer cum parentibus & aliis sit locutus, unde eò diligentius hæc notanda. *Non potuit insipienter aliquid agere, qui disposuit orbem in aequitate*, ait Kempfius, hinc se excusat ejusmodi verbis, quæ quidem primo intuitu duriora videntur & arrogantiora, quam bonæ spei & frugi filium deceant, *durum* sanè quod ille de dolore & molestia parentum non multum sollicitus videtur: *durum* quod illos erroris & ignorantiz quasi accusat: imò *durum* quod eos parentes suos apertè negat & ad alium patrem provocat, cui nunc obediendum. Sed res ipsa si propiùs consideretur, omnia hæc Christi verba gravia sunt, quibus ille nec præter officium aliquid dixit, nec junioribus exemplum, suis parentibus protervius respondendi, reliquit: I. Quid est inquit, quasi dicat: non tam præpostere me diligere debetis, non tanta sollicitudine, quærere me hoc tempore opus erat. II. Nescitis, latet hic primarium Christi munus, quod videlicet noster sit Præceptor, Doctor & Magister divinitus constitutus, multa omnes nesciebamus, sed filius hic è sinu patris erudit nos, Joh. 1. III. Oportet me esse, latet hic S. S. Trinitatis immutabile de Redemtionem nostram per Christum expediendâ decretum: *Oportet me esse*, non politicum aliquem Regem, sed templi Dominum, Malach. 3. v. 1. Oportet me prædicare captivis indulgentiam, & clausis apertionem, Esa. 61. v. 1. cujus officii mei jam præludium vidistis & tyrocinium: Oportet me operam dare operibus ejus qui misit me, donec dies est, Joh. 9. v. 4. IV. Quæ Patris mei sunt,

sunt, Deipara Christi patrem appellaverat Josephum, sed ille sermonem ita excipit, *ut Patrem suum Deum & non Iosephum planum faciat: opponit Patrem patri, putativo in terris cœlicum, nutritio verum, alieno proprium, nec hoc quod eum ut filium querunt vituperat, sed quis sibi verus Pater sit insinuat*, Ardentius. Et tandem V. per ea quæ patris SUNT intelligit Templum, quia quorum una est majestas & gloria, illorum etiam una est sedes ac domus sancta, inquit Beda, imò per ea quæ Patris intelligit Christus omnia illa, quæ tunc quidem in templo peragebantur, & præfigurabantur, videlicet populum docere: pro populo intercedere: sacrificare: thymiamata incendere: populo benedicere, &c. ¶ Observa hîc, I. Papistas excellenter esse blasphemos, quando ex reprehensione Mariæ in nostro textu colligunt, eam filio suo, etiam ad Patris dexteram residenti, jure materno posse præcipere, juxta formulam: *Rogo patrem, JUBE natum, jure matris IMPERA*; Item: *Gaude matrona cœlica - Tu ancillam Iesu Christi - te vocare voluisti - sed ut docet lex divina - tu ipsius es Domina - Nam jus habet & ratio - Matrem præesse filio - Ergò ora suppliciter - & præcipe SUBLIMITER - ut nos in mundi vespera - ad regna ducat supera*. Verùm & in hac historia, ut & in altera illa, Cananæ, Johan. 2. ipso facto demonstravit Christus, se materna potestate longè superiorem esse, & postea dicemus, Christum per se nullam matri obedientiam debuisse, quia secundum utramq; naturam legis Dominus est, indeq; matri subjectus, non JURE vel DEBITO, ut alii liberi, sed volens, cum in spontanea illa humiliatiōne venisset ad ministrandum, Matth. 10. Cum itaq; inter nudos etiam homines exspiret illa parentum potestas, quæ domi erga liberos vigebat, quando aliquis filius, vel ad Consularem vel aliam eminentiam est evectus, cur & hîc potestas Mariæ materna (si vel maximè de jure fuisset) non expiraret, post quàm Christus publicum Messiaë officium & divinæ majestatis thronum est ingressus? præsertim cum expressè docuerit Christus, nullum carnalis prærogativæ respectum valere in regno suo spirituali, adeoq; multò minus in throno cœlesti, Matth. 12. v. 49. Luc. II. v. 28. ¶ II. Observa rectè dicere Ardentium: *Obedientia majoris tollit obedientiam minoris & inferioris*. Equidem liberos parem suis parentibus gratiam referre non posse, gentiliū philosophi rectè dixerunt, *Parentum enim facies divina est & honesta, hinc si quis Parentes secundos ac terrestres quosdam Deos dixerit, non errabit, cum his natura nos conciliet, quos non colere nefarium dicit Cicero, de resp. Arusp. imò Paulus monet,*

*Maria filio jam ad patris dextram residenti non imperat.*

*Obedientia majoris tollit obedientiam minoris.*

Domino beneplacitum esse, ut liberi parentibus obediant, in OMNIBUS, Col. 3. v. 20. Attamen non simpliciter sed cum quadam restrictione intelligendum esse hoc Apostolicum, jucunda Christi Servatoris probat responsio: *Oportet me esse in eis, quæ sunt Patris mei.* Diligendus itaque Genitor, sed præferendus Creator, August. & si necessitas venerit, ut amor parentum sive filiorum amoris Dei comparetur, & utrumq; servari non possit, odium in suos, pietas autem in Deum servanda est, Hieron. in locum Matt. 10. v. 37. In OMNIBUS ergo parentibus obtemperandum, præterquam in iis, quæ pietati officiant, inquit Chrysostr. hom. 36. in Matth. Ochazias certè Rex matri Athaliæ impiè obediit, idolis sacrificando, 2. Paral. 22. v. 3. vicissim Jonathan piè restitit parenti Saul in persecutione Davidis innocentis, 1. Sam. 19. v. 4. De Magistratu idem esto iudicium, obediendum ei usq; ad aram & conscientiam, quia plus Deo obtemperandum, quam hominibus, Act. 5. v. 29. exempla sunt, Exod. 1. v. 17. 1. Sam. 22. v. 18. ¶ III. In divinis salutem nostram concernentibus, semper habet locum OPORTET: *Oportet me esse,* inquit Dominus. Sic oportet nos quoq; audire verbum, oportet uti Sacramentis, oportet interesse divinis, &c. *Das muß seyn.* Aliàs autem quando nostra juvenus dicit: *Muß ich denn nicht stölich seyn? Müß ich denn meiner Jugend nicht gebrauchen? Müß ich denn für der Zeit sorgen vnd triefgramen? Ich muß traun diesem oder jenen Frendengelag beywohnen? Ich muß bey guter Gesellschaft seyn/te.* hoc *Oportet* nullius est precii, sed ea (quæ pietatis) meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus fiat omnibus, 1. Timoth. 4. vers. 15.

Et ipsi non intellexerunt. Ut Maria ab errore & ignorantia excusetur, Explicatio horum verborum apud Pontificios varia est: Alii referunt hæc non ad parentes, quasi illi ignorassent, sed ad circumstantes alios: Verum quis non videt hoc falsum esse, cum eis Christus respondeat, qui quæsierant & mansionis causam poposcerant, unde hanc sententiam Dn. Chemnitius dicit *peregrinam in gratiam Mariæ factam*: Alii concernere hæc dicunt non Mariam, sed *Iosephum*. At textus expressè dicit: *ὁ υἱὸς ἰησοῦ* ipsi, utrumq; notans parentem. Alii dicunt Mariam præ gaudio quædam ignorasse: at ita tamen ignorantia erat. Alii hæc intelligunt de illis rebus, quæ beatæ Virginis nondum fuerint revelatæ, quæq; scire non intererat: Sed Christus expressè loquitur de illis rebus, quæ parentes scire & potuissent & debuissent, unde ab omni ignorantia liberari

In quibus nos  
occupatos esse  
oportet.

berari Maria non potest. ¶ Monemur quanta sit rationis nostræ infirmitas & cœcitas, quoad ea, quæ ad DEI regnum spectant, non percipit ea, quæ Spiritus Dei sunt, 1. Cor. 2. v. 14. intellectum habet obscuratum, Eph. 4. v. 18. vix æstimat terrena, quomodo itaq; cœlestia investigabit, Sap. 9. v. 16. Non itaq; nimium in spiritualibus rationi tribuamus, sed per fidei obsequium totos Dei verbo nos subjiciamus, 2. Cor. 10. quia etiamsi dixerit sapiens nosse se, non tamen reperire poterit, Eccles. 8. v. 17.

Rationis nostræ infirmitas.

Et descendit cum eis. ] Triabrevissimè Evangelista narrat, 1. Dominum descendisse, congrua sanè verba, *verè enim descendit, qui humiliatur cum illis*, inquit Glossa Anselmi interlin. *Nunc excelsa Deitatis, nunc infirma humanitatis prodit, quasi filius Dei in templo commoratus est, quasi filius hominis cum parentibus regressus est*, Beda. Descendit autem quia templum situm erat in monte Moriah, imò descendit ex sancta urbe in montibus sitâ Nazarethum, quo fortassis commodè redierunt die Aprilis 8. qui tunc dies fuit veneris, hunc Sabbatum insequeretur proximè, & tunc iter facere nemini licebat, Bunting. in Pædia. II. Subditus, *ὑποτασσόμεν*, quo summa exinanitio exprimitur, significat enim *externas operationes, quæ alterius superioris domino & imperio gubernantur, & tribuuntur servis, liberis, uxoribus, subditis*: Syrus ita reddidit, ut fermè diceret: *Erat servus eorum*: אבד (unde Obed) erat ministrans eis, unde veteres collegerunt Christum ante annum 30. Opera tractasse fabrilia, quia Marc. 6. v. 2. dicitur *ὁ τέκτων*, quod vocabulum à Græcis ponitur pro Hebræo: *Harasch*, quod in genere significat operas manuaras exercere, Er hat solche Werck gethan / deren Vater vnd Mutter im Haus bedurfften / hat etwan Speen gelesen / Wasser / Erntcken / Brodt / Fleisch geholet / vnd was dergleichen Hausarbeit mehr: Er that was sie ihn hiesßen / vnd ließ sich nichts verdriessen / Luth. III. Dicit Lucas, Mariam conservasse omnia, & addit Aretius, *τὰ ἐπιματῶν* accipio Hebræo more historicè, de rebus gestis, nam quod verba attinet, testatus est ante Lucas, quod ea non intellexerit. Sed potest utrumq; intelligi, & verba & facta filii mater conservabat, & quasi sub Signaculo recondebatur, Glos. interlin. ¶ Observemus hic I. hominem etiam sanctissimum non de-

Christianum  
status Oeconomicus non de-  
deet.

tantum

tantum *Activâ* occupatos, cum Clerici religiosi votis Deo addicti vitam vivant *Contemplativam* & meris cœlestibus occupatam: Et templo Christus adhæsit, & suis parentibus in domesticis inserviit, templo itaque adhærendum est, sed ita, ut reliqui vitæ status non despiciantur, præsertim si honesti conjuges in Christum credant, pietatem sinceram colant & ea faciant vocationis suæ opera, quæ profectò in scripturis operibus Monachorum & Monialium multis parafangis præferuntur. Ubi enim scriptura dicit capillum radendum esse, cilicium induendum esse, humi cubandum esse, nudis pedibus incedendum esse, carne per omnem vitam abstinendum esse, mendicandum esse &c. mandata hæc hominum sunt, quibus frustra Deus colitur, Matth. 15. ut autem Christus Servator parentibus serviit in domesticis exercitiis, ita sanè operum domesticorum honorificam mentionem passim facit Spiritus S. Fit mentio: Agriculturæ, Gen. 2. & 4. plantationis Vinearum, Gen. 9. triturationis, Jud. 6. coli & lanificii, Tob. 2. Jos. 2. lotricum, Mal. 3. pisturæ, Gen. 18. Matth. 13. purgationis ædium, Luc. 15. imò Zachariæ 3. v. 5. etiam lusus puerorum & puellarum in plateis celebratur, unde Lutherus colligit etiam crepitacula & crepundia puerorum in extremo iudicio melius habitura, quam omnia Monachorum opera, quæ licet à Deo neq; præcepta neq; commendata sint, insuperq; superstitio & hypocrysi multiplici scateant, vitæ tamen æternæ meritoria finguntur. ¶ II. Observ. Vanam fugiendam esse gloriam, no-

*Vanam fugiamus gloriam.*

luit enim Christus Servator educari, nec apud *Sacerdotes* ut Samuel: nec apud *Phariseos*, ut Paulus: nec apud *Essæos* ut Baptista, sed in vico obscuro Nazareth, ut doctrinæ ipsius penderet autoritas, non ab humanis præsiidiis, sed à solis divinis testimoniis, Chemnit. *Wein Herr du hettest wol in der grossen Håupffstadt bleiben vnd dich daselbst herfür thun vnd einen grossen Namen machen können / aber du hebest dein Thun nichtig an / vnd sühest es herrlich hienaus / ita & nos sub potenti manu Dei humiliemur & exaltabit nos suo tempore, &c. I. Pet. 5.* ¶ III. Observ.

*Obedientia optima reverentia.*

Obedientiam ut optimam reverentiam hinc summè commendari, erat enim subditus, quis quibus? *Creator creatura: Dominus servis: Deus hominibus: Deus, inquam, cui subduntur angeli, principatus & potestates obediunt. Subditus erat Maria, nec Maria modò, sed & Iosepho: filius Dei hominis filio, æterna sapientia homini simplici & plebeio; Disce homo obedire, disce terra subdi, disce pulvis obtemperare! Deus se subdit & tu te exaltas: Deus se humilibus subdit, & tu*

*domi-*

dominari gestiens, tuo te proponis auro, Bernh. hom. 1. super missus est, fol. 4. Erubescite superbe, cinis erubescite! Deus se subdit homini, & tu homo dedignaris subdi homini! O homo Deus se subdit tibi, causa salutis tua non sua: & tu dedignaris subdi Deo vel homini causâ salutis tua, non sua! hinc Fratres hinc discamus subdi DEO, subdi parentibus & etiam cuilibet persona propter Deum, quoties enim aliis subdi contemnimus, toties exemplo & præcepto Christi contraimus & diaboli superbiam imitamur, Ardens. Deus erat non ingrandi spiritu, non in commotione, non in igne sed in auræ suavi sibilo, 1. Reg. 19. ita gratia ejus hodieq; habitat, non in superbis, grandes spiritus proferentibus, nec in avaris opibus inhiantibus: nec in libidinosis ignis instar ardentibus sed in humilibus leni spiritu præditis. Subjecti igitur simus, I. DEO, cui debetur honor ex creatione, amor ex redemptione, obsequium ex sanctificatione, II. Ministris verbi, Heb. 13. v. 7. III. Magistratui, Rom. 13. v. 4. IV. parentibus etiam vilissimis, juxta 4. præceptum. Tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui misera in ipsis votorum fructibus majus periculum est, & cum ediderit, quod optavit, partu absolvitur, non timore, Ambros. l. 2. in Luc. p. 28. ¶ Licet autem IV. hæc ita se habeant, errat tamen Piscator, qui in notis Germanicis, ad Luc. 2. v. 51. dicit, Christum obedientiam parentibus DEBUISSE, partim ut filium Adæ, partim ut filium Israelis, vel, ut in resp. Apol. ad Parasc. Vorst. p. 2. c. 8. p. 157. loquitur: jure Creationis, atq; sic nihil suâ obedientiâ Christum nobis meruisse. Sed si Christus Dominus est tertii præcepti, cur etiam quarti non esset, sed tertii præcepti vel Sabbati Dominus dicitur, Matth. 12. v. 18. Marc. 2. v. 28. adhæc non purus Adami vel Israelis filius Christus fuit, sed Θεὸς υἱὸς Θεοῦ, nec dicere potest Piscator solam Christi humanitatem legi subjectam, sic enim personam Christi divideret cum Nestorio, & reclamaret Paulo, qui dicit expressè Filium Dei factum sub lege, Gal. 4. v. 4. egit itaq; hic etiam utraq; Christi natura, quod sibi proprium est, cum communicatione alterius juxta Concil. Chalced. cum hæc obedientia ad Christi pertineat officium: tandem suâ obedientiâ nihil nobis meruisse Christum Photinianum est, cum ejus obedientia sit nostra justificatio, Rom. 5. v. 18. redimit nos à legis maledicto, Gal. 4. v. 4. & profectò legis perfectio Christus est, non sibi ipsi, sed credenti, Rom. 10. v. 4. Errant etiam Papistæ, qui dicunt: Ut Christo in terris agenti matre nemo fuerit familiarior, ita nunc nemo Maria est

potentior, ut puritate Deo est amicissima, sic materna autoritate potentissima: merito illi subsunt angeli & omnis rerum natura, quia filius Dei naturalis ipsi 30. annis subiectus fuit. Sed antea etiam diximus, prerogativam Mariæ carnalem in cælis nihil valere, juxta dicta, Matth. 12. v. 49. Luc. 11. v. 28. & cur non ex eodem fundamento Josepho tanta potestas, aut etiam, jure maritali, major adscribitur, cum subditus factus sit Christus, non tantum illi Matri, sed illis, & Josepho & Mariæ? V. Notetur utilitas redundans in eos, qui Christum amissum diligenter quærunt, hi inveniunt illum, & quidem ita inveniunt, ut apud illos mansurus & in cordibus illorum habitaturus, Alle die Christum im Heiligthumb suchen / solten ihn finden / ja sie sollen ihn hinförder zum Haußgenossen haben / also das Er in vnd bey ihnen / mit zeitlichem vnd ewigem Segen wohnen / conversiren vnd haußhalten wil / wil auch an Weisheit / Alter vnd Gnade bey ihnen zunehmen. VI. Ut Maria omnia in corde conservavit, ita & nos eam imitemur, habentes labia circumcisa modestamq; taciturnitatem, omniumq; bonorum in cordis nostri armariolo conservantiam, Ardens. Imitemur & nos fratres, piam Domini matrem, ipsi quoq; omnia verba ac facta Domini ac Salvatoris nostri fixo in corde conservando, horum meditatione diurnâ & nocturna importunos inanium, nocentiumq; cogitationum repellamus incursum: harum crebra collatione & nos & proximos nostros a fabulis supervacuis & male dulcoratis detractionum colloquiis astringere atq; ad divini laudis frequentiam accendere curemus, Beda. Auditor se assimilet mundis animalibus (Deut. 14. v. 6.) cum audit, sit similis edenti, cum verò audita in memoriam revocat, sit similis ruminanti, August. in Sentent. 193.

**Puer autem proficiebat.** His verbis, ceu eleganti quodam Laconismo, adolescentiam Christi describit Lucas, triplicis augmenti faciens mentionem: I. Crevit Sapientiâ, id quod alii intelligunt de sapientia λόγῳ æternâ & dicunt Christum crevisse, non quod plenitudo divinæ sapientiæ in eo sumserit augmentum, quasi aliquando evacuata, quod Arianum, sed quod humana natura profecerit in Sapiëntia, prout illa se per hanc magis & magis exeruit ac manifestavit in statu exinanitionis. *Augescente magnitudine corporis unâ crescebat in eo divinitatis manifestatio, innocescebatq; apud homines ipsum esse templum Dei, Deumq; in ejus corpore existere;* Athanas. *Si plena est, inquit, gloria ejus gratia & veritate,* Johan. 1. v. 14. *quomodo Sapientiâ, ætate & gratia apud Lucam profecisse dicunt? an quid accedere potest ad plenum? Profectus ita intelligendus, quod plenitudo*



rudo divinitatis radios subinde magis magisque illustres in assumpta humana natura & per eam exeruit, Chemn. Profecit sapientia manifestatione, dum filius Dei sapientia sua radios humanam Christi mentem magis magisque illustravit, Hunn. in Methodo concionandi. Aliud est possidere divinitatem, aliud ostendere, primum semper habuit, secundum exeruit, cum opus fuit, Osiand. Cum autem hoc pacto profecisse videatur Christus, ex opinione tantum hominum, ita, ut augmentum fuerit in aliis potius, quam in ipso, juxta illud Cyrilli, lib. 1. in Johan. cap. 17. cum revera non proficeret, tamen putabant mortales, illorum potius de Jesu opinio, quam illius perfecta crescebat gratia. Vel ut Ardentius loquitur: Proficiebat, non sibi quidem, sed aliis, dum paulatim hominibus sapientiam declarabat. Ideo recentiores per sapientiam hinc intelligunt humanam & habitualementem scientiam, mentis & animæ verè humanæ, quæ in ipso indies incrementa capere potuerit, juxta illud Lutheri in Epist. Natal. Dom. *Humanitas CHRISTI non minus ac alius sanctus & naturalis homo, non quovis tempore omnia cogitavit, dixit, voluit, intellexit, sicut aliqui omnipotentem ex ipso hominem faciunt, &c.* Vide in hypomn. DN. BALDUINI argumenta satis ponderosa, quibus hæc sententia probatur & additur, CHRISTUM hoc suo humano profectu omnibus nostris profectibus benedixisse, si modo in timore DOMINI & vera sapientia quotidie proficere cupiamus. Monet autem DN. Chemn. in hoc disputatu *simpliſſimam amplectendam sententiam, quæ ad consolationem & ædificationem ita accommodari possit, ut utilis sit: & cogitandum hinc illud Augustini Epist. 59. pag. 307. *Vtile est, ut de obscuritatibus scripturarum divinarum, quas exercitationis nostra Deus esse voluit, multe inveniuntur sententia, cum aliud aliis videtur, quæ tamen omnes sanæ fidei doctrinæ concordent.** II. Crevisse dicitur CHRISTUS *ἡλικία*, quæ vox non tam ætatem, quam staturam, quantitatem continuam & discretam, longitudinem, latitudinem & profunditatem humani corporis significat, Matth. 6. v. 27 Luc. 19. v. 3. unde & Syrus vertit: *In statura sua.* Nam licet Adamus primus in perfecta mox crearetur staturâ, CHRISTUS tamen corpore paulatim crescente per omnes ætates est progressus, partim ideò: quod omnes ætates erat sanctificaturus juxta illud Iræn. adv. hæres. l. 2. c. 39. *Omne ætatem sanctificabat per illam, quæ ad ipsam erat similitudinem, infantibus infans factus, sanctificabat infantes: parvulis parvulus factus, sanctificabat hanc ætatem, juvenibus factus juvenis, exemplum juvenibus fiebat & Domino eos sanctificabat: Sic & Senior in senioribus, ut sit*

*Christi statura.*

*Magister perfectus in omnibus* : partim autem idè staturâ crevit & ætate, quia significare voluit, tenella infantulorum corpuscula sibi curæ esse seque quotidiano corporum incremento benedicere. Ex literis verò Lentuli ad Senatum Romanum constat, staturam CHRISTI absolutam fuisse trium ulnarum cum dimidia, demta duorum digitorum latitudine, vierdhalb Ellen weniger zweente Finger breit. III. Crevisse dicitur CHRISTUS gratia apud Deum & homines, non modò gratus fuit hominibus, verùm palam etiam intelligebatur, illum Deo quoq; peculiariter acceptum esse, Hunn. in method. conc. ¶ *Vinam verò & nos proficiamus sapientiâ, in verbi auditu: pietate in honorum operum cursu: patientia in cruce, adeoq; virtutibus ac bonis operibus omnibus, quibus nos auget CHRISTUS JESUS, qui cum PATRE & SPIRITU SANCTO regnat, DEUS, AMEN.*

## Dominica II. post Epiphanian :

Evangelium, Joh. 2.

**I**n die tertiâ Nuptiæ fiebant in Cana Galilææ, & erat mater Jesu ibi, Vocatus est autem & Jesus, ac Discipuli eius ad nuptias. Et ubi defecisset Vinum, dicit mater Jesu ad eum, Vinum non habent, Dicit ei Jesus: Quid mihi tecum est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumq; dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapidea hydria sex posita, secundum purificationem Judeorum, capientes singula me-